2

Roberti Whittintoni alma in vniuersitate Oxoniensi laureati de octo partib' orationis opusculū: de nouo recognitum.



Auctoris distichon.

Grammatice fautrix reliquas dat adire sorores.
Pegasidum pulses hac sine sero fores

Facūdissimi Remacli florenatis hexasticō.

Grammaticen quisquis magnā aspernaris auenam
Nec cupis e tanto grammine principium
Lege itidem parili reliquas postpone sorores
Quas tibi Mnemosines sancta propago dedit
Prima trahit partus primordia diua loquendi
Ad sociasq3 huius ianua prima patet



Apud Westm[illegible] [illegible]
[illegible]

¶ De octo partibus orationis.

Grammatica est congrue loquēdi scientia: recteq; scribere docens: vsu/ratione/auctoritateq; constans.

¶ Grammatica dr̄ a gramma grece quod latine dr̄ littera: ⁊ yca scientia: quasi scientia de litteris.

¶ Grammatice partes sunt quattuor: scꝫ Littera/syllaba/dictio/et oratio. Cuiꝰ sensus sic accipiendus est/ꝙ prima pars grāmatice sit de littera/ scḋa de syllaba/ tertia de dictione/quarta de oratione.

¶ Littera est minima pars vocis cōposite ex litteris que scribi potest indiuidua.

¶ Uox est repercussio aeris ad vocalem arteriā auribus accidens.

¶ Uox dr̄ a boo/as. mutata b in v: et vltima o/in x versa.

¶ Uox est duplex: articulata et inarticulata.

¶ Uox articulata est que ab aliquo mentis sensu proficiscitur: vt Petrus/gemitꝰ

¶ Uox inarticulata est que a nullo mētis sensu proficiscitur: vt sonitus/coax.

¶ Uox articulata est duplex. scilꝫ litterata/⁊ illitterata.

¶ Uox articulata lr̄ata est illa q̄ ab aliquo mētis sensu ꝓfecta scribi pōt: vt Petrꝰ

¶ Uox articulata illitterata est illa: q̄ ab aliquo mentis sensu profecta scribi non potest: vt gemitus.

¶ Uox inarticulata similiter est duplex. Litterata et illitterata.

¶ Litterata vox et inarticulata est illa: que a nullo mētis affectu profecta scribi potest: vt coax/cra.

¶ Illitterata vox et inarticulata est illa que a nullo mētis affectu profecta scribi non potest: vt tumultus

¶ Littera dr̄ a litura: vel a legendo/quasi legitera: q: legendi iter prebet

¶ Litteris accidunt tria. Nomen quo appellātur. Figura qua depingūtur. Potestas qua valent.

¶ Littere in hoc distant ab elimētis: ꝙ elimēta proprie sunt ipse lr̄arū pronunciationes/littere vero figure: sed confundūtur.

¶ Littere sunt in alphabeto due et viginti. scꝫ a.b.c.d.e.f g.i.k.l.m. n o. p.q.r.s.t. v.x.y.z. Ex his quinq; sunt vocales a.e.i.o ⁊ u. Uocales ideo dicte: q: plenā p se vocē faciunt/y vocalis greca est et in grecis (nō aūt latinis) scribitur dictionibꝰ/vt tytirus Ceteras cōsonantes appellamꝰ: quasi cū vocalibus sonātes. Sūt aūt sedecim. b.c.d.f.g.k.l m.n.p.q.r.s.t.x.z. h nō est lr̄a: sed aspirationis nota.

¶ Cōsonantes diuidūtur in mutas et semiuocales.

¶ Mute sunt nouē. b.c.d.f.g.k.p.q.t.

Mute aūt ideo dicte: q: respectu aliarū litterarū parum sonant.

¶ Semiuocales sunt septē. l.m.n.r.s.x.z.

Ideo dicte semiuocales: q: plenam vocem non habent.

Ex his due sunt liquide. l. et r. aliqñ etiā m n. ⁊ s. Quas ideo liquidas appellamꝰ: q: post mutas posite faciunt precedētem syllabā breuē esse cōem: vt pharetra et pharetra: media longa vel breui.

¶ Diphthōgꝰ est cōglutinatio duarū vocaliū vim suā seruātiū in eadē syllaba.

¶ Diphthongi sunt quinq;: ae/oe/au/eu/⁊ ei. harū due scribūtur ⁊ nō proferūtur. ae et oe. au/eu/⁊ ei scribūt ⁊ ꝓferūt: vt audio/euge/⁊ hei. Uirg. Hei mihi q̄lis erat

¶ Syllaba est vox litteralis: q̄ sub vno accentu ⁊ vno spiritu indistanter ꝓfertur.

¶ Accidūt syllabe quattuor. Tenor/spiritus/tēpus/et nūerus litterarū.

Tenores. i. accentus sunt tres. Acutus/grauis/et circūflexus.

¶ Spiritus duo sunt. Asper/ et leuis.

¶ Tēpora sunt tria. Breue/longum/et cōmune.

¶ Numerus: q: syllaba cōstare pōt ab vna ad sex litteras: vt a/ab/abs/stra/trās/stirps.

¶ Dictio est minima pars orationis constructe. i. in ordine posite: pars aūt quantum ad totum intellectū.

¶ Oratio est ordinatio dictionū congruā perfectāq; sententiā demōstrans.

¶ Oratio est duplex. Grammatica q̄ cōstat et nomine et v̄bo. Et rhethorica que cōstat ex sex partibus: hec est exordio/narratione/diuisione/confirmatione/cōfutatione/et conclusione.

¶ De nominibus.

Pars orationis est vox indicās mētis cōceptū.

¶ Partes orationis sunt octo. Nomē/pnomē/verbū/participiū/aduerbiū/coniunctio/prepositio/ꝛ interiectio. Ex his octo partib⁹ quattuor declinātur. scȝ nomē/pronomē/ꝛ participiū/cū casu: verbū per tēpora ꝛ modos. Relique sunt indeclinabiles.

¶ Nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie/communiter vē significans.

Nomen dr̄ a notamine: q̄ hoc notemus vniuscuiusq̄ȝ qualitatem.

¶ Nominū. alia sunt substantiua/alia sunt adiectiua/alia vero relatiua.

Substātiuū est qd̄ in oratione ꝑ se subsistere pōt: ꝛ vnico vel duobus articulis ad summum inflectitur: vt hic magister/hic et hec sacerdos.

¶ Substantiuū est duplex. Propriū et appellatiuū. ¶ Propriū est qd̄ rem singularem et non coēm significat: vt Petrus/roma/tyberis.

¶ Propriū nomē est quadruplex. Prenomen/nomen/cognomē/et agnomen.

¶ Prenomen est quo vsi sunt Romani et Sabini reuerentie vel amicitie causa: vt Quintus/Aulus/Titus.

¶ Nomen propriū est qd̄ primo alicui rei inditur: vt Andreas.

¶ Cognomen est cognationis nomen: vt Scipio.

¶ Agnomen est qd̄ alicui ab euentu imponitur: vt Romanus/Affricanus.

¶ Nomen proprie propriū natura sua caret plurali: vt patet in hoc versu.

Propria deficiunt plurali significanter.

¶ Quattuor tñ modis propria noīa pluraliter declinari possunt. Primo mō causa euentus: vt quando euenit plures eodē noīe appellari: vt duo fuerunt Plinii. maior et minor. Secundo partitionis gratia: vt Galliarū. altera est superior/altera citerior. Tertio autorū vsu. Marcialis enim scripsit. Sunt mecenates/sunt flacci/suntq̄ȝ marones. Quarto opinionis causa: vt in illo Uirgiliano. Quid tantū occeano properant se tingere Soles. Opinione.n. vulgi imitatus est qui vnoquoq̄ȝ die nouum solem oriri opinabantur

Propria plurali quandoq̄ȝ petunt variari
Euentus causa vel cum partitio detur
Usus et autorum vel opinio cum varietur

¶ Appellatiuū est cuius significatū naturaliter cōe est multorū: vt hō/leo/arbor.

¶ Appellatiuū est multiplex. Corporale: quod corpus significat: vt homo/lapis.

Incorporale: qd̄ corpus non significat: vt anima/virtus.

Omonymum. i. equiuocum est qd̄ non significatione sed voce conuenit: vt canis/cancer.

Synonymū est qd̄ non voce sed significatione conuenit: vt ensis/mucro/gladius.

¶ Ad aliqd dictū est cui⁹ sigtū ad aliud dependet: vt dñs seruus: pater filius.

¶ Nomen quasi ad aliquid dictū partim sigt dependentiā: sed tñ posito eo non ponitur illud ad quod dependet: vt nox dies: dexter sinister.

Gentile est qd̄ gentem significat: vt Grecus Italus.

¶ Patriū est qd̄ a patria sumitur: vt romanus a Roma.

¶ Interrogatiuū est qd̄ cū interrogatione profertur: vt quis?

¶ Infinitum est quod incertum sigt: vt quisquis/quicunq̄ȝ.

¶ Collectiuū est qd̄ in singulari multitudinem significat: vt populus.

¶ Diuiduū seu distributiuū est qd̄ a duobus vel pluribus ad singulos relationeȝ habet: vt vterq̄ȝ/alter/alteruter/quisquis/omnis/singuli.

¶ Partitiuū est qd̄ partitionē significat: vt quidam/vllus/aliquis.

¶ Generale est quod in diuersas species diuidi potest: vt animal/arbor.

¶ Speciale est qd̄ altera pars diuisionis a genere est: vt equus/laurus/pirus.

¶ Facticium est qd̄ a sonorū proprietate factū est: vt tur tur/grus/tintinnabulū.

¶ Absolutum est qd̄ per se intelligi potest: vt deus/ratio.

¶ Temporale est quod tempus significat: vt mensis/annus.

¶ Locale est quod locum vel spacium significat: vt propinquus/longinquus.

De nominibus.

¶ Greculũ est quod totũ grece est declinationis: vt pan/panos: calypso/calypsus.

¶ Latinulum est qđ totũ in latinã regulã cõuersum est: vt pollux/pollucis.

¶ Notum est quod in greca latinaq; forma est: vt achilles.

¶ Numerale est qđ numerum significat: vt vnus/duo.

¶ Numerale est quintuplex. Cardinale/ordinale/dispartitiuũ/põderale/ꝛ multiplicatiuum.

¶ Nomẽ nũerale cardinale est qđ solũ nũerũ sigt: vt vnus/duo/tres/decẽ/octodecim/duodeuiginti/decẽ et octo: nouẽdecim/vndeuiginti/vel decẽ ꝛ nouẽ: viginti/centũ/mille: duo millia/tria millia: et referũtur per qt: vt habeo decẽ talẽta qt tu.

¶ Nũerale ordinale est qđ preter nũerũ sigt etiã ordinẽ: vt primus/secundus/tertius/vigesimus vel vicesimus/trigesimus vel tricesimus/cẽtesimus/ millesimus et similia: et referũtur per quotus: vt sum primus in classe mea quotus tu in tua.

¶ Numerale dispartitiuũ est qđ preter nũerũ sigt etiam partitionẽ seu diuisionẽ vt singuli/bini/terni/quaterni/quini/viceni/centeni/milleni. Et referũtur ꝑ quoteni: vt per vrbem terni insistimus quoteni vos.

¶ Ista nola dispartitiua (vt vult priscianus) solũ pluraliter declinãtur: vt i pluralinũ singuli/e/a. quoteni/e/a.

¶ Ponitur interdũ bina pro duo/terna ꝑ tria. ꝛc. quotienscũq; substãtiua quibꝰ iũguntur declinantur tñ in plalr: vt binas/ternas/denas/litteras: nã duas tres decem non licet dicere: poete tñ cum aliis substãtiuis vsurpant. Uirgilius. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Excipitur ẽm Uallã pondo: nam habemus dicere duo pondo/ꝛ millia pondo argenti.

¶ Numerale ponderale est qđ preter nũerũ significat etiã quantitatem põderis vel mensure: vt simplus/duplus/quadruplus/vigecuplus / centuplus / millecuplus. Et referuntur per quotuplus: vt egyptus reddit triticũ centuplũ quotuplũ non reddit italia.

¶ Numerale multiplicatiuũ siue diuisiuũ forme est quod preter nũerũ multiplicationẽ forme significat: vt simplex/duplex/triplex/quadruplex/nonuplex/decuplex/vigecuplex/centuplex/millecuplex: et referũtur per quotuplex: vt habeo vestem triplicem quotuplicem tu non habes

¶ Hec nomina diuisiua forme ponũtur aliqñ pro primitiuis ꝛ proprie qñ iunguntur nominibus plurali carentibus: vt triplex fumus domo egreditur.

¶ Ea nola dicũtur nũeralia quibus vtimur in numerãdo: vt vnus/duo/tres/singuli/bini/terni: ꝛ nũeralia aduerbia: vt semel/bis/ter/quater: atq; alia hmõi. in quibus notandũ est ꝙ in cõpositis citra viginti si copula intercesserit maior nũerus semper precedet: vt decem et septẽ/decem ꝛ octo. Si aũt nulla intercedat copula/minor numerus semper precedet: vt septemdecim/octodecim. Supra viginti aũt vsq; ad centũ vt maximus est quisq; nũerus ita in primo loco ponetur: vt viginti vnus/viginti duo/viginti tres. Sed si copula intercedat is numerus preponetur qui minor est: vt vnus et viginti/duo ꝛ viginti ꝛc. vt Cicero. Plato vno et octogesimo anno scribens est mortuus. Idẽ. Leontinus gorgias cẽtum ꝛ septem compleuit annos. Ex quibus Ciceronis verbis manifeste colligitur ante centum preponi nũerum minorẽ post centũ vero postponi. Eodẽ modo loquimur: supra viginti millia vsq; ad centũ millia: vt milites nostri sex et viginti millia erant/vel milites nostri erant viginti sex millia/vel milites nostri erãt vicies sexies mille/vel militum nobis erãt viginti sex millia. Etenim hec nola dũ copula carẽt cõposita videntur: vt vndecim duodecim/septemdecim/viginti vnus/viginti duo / et similia: quemadmodũ illa: vndeuiginti. quasi vno dempto de viginti: et sigt decem et nouem.

¶ Sunt preterea numeralia vnarius/binarius/ternarius/vicenarius: ꝛ similia q denotãt nõ multiplicationẽ sui sed numerũ aliarũ rerũ que non nominantur: vt lapis cẽtenarius: nõ ꝙ cẽtuplus sit: sed centũ librarũ. homo cẽtenarius: nõ ꝙ sit cẽtũ geminus: sed qr habet centũ annos.

¶ Alia sunt que significant nũerũ annorũ: vt biennis/triennis / quadriennis/ quinquennis/sexennis/septẽnis/octennis/nouennis/decẽnis: ꝛ vt quidã volũt addũtur his vnIennis/vndecennis et duodecennis.

¶ Reliqua pro quorundã iudicio non sunt in vsu: et referũtur per quotennis: vt sum decennis/quotennis tu. A predictis fiunt substantiua/biennium/triennium

quadriennium/quinquenniū/sexenniū/septenniū/octenniū/nouenniū/decenni-um. Aliter dicimus bimus/trimus/quadrim⁹. Itē anniculus/bimulus/trimul⁹ quadrimulus. Quēadmodū dicendū est de noīb⁹: ita dicēdū est de aduerbiis: vt semel/bis/ter/quater/quinquies/sexies.&c. vigesies/trigesies/quadrigesies/quinquagesies/sexagesies/septuagesies/octuagesies/nonagesies: ꝑ quibus dicim⁹ vicies/tricies/quadragies/quinquagies/sexagies/septuagies/octuagies/nonagies/cēties/ducēties/millies: ⁊ referūtur ꝑ quotiens: vt ter legi Uirgiliū quotiēs tu

¶ Adiectiuū est quod per se subsistere non potest: nisi positū in neutro genere substātiuato: et per tres voces seu articulos variatur: vt bonus/bona/bonū. hic/hec et hoc felix.

¶ Adiectiuorū tres sunt species: alia sunt pura declinatione/cōstructione/ ⁊ significatione: vt albus/alba/albū. hic/hec/hoc: felix.

Alia sunt adiectiua significatione/⁊ substātiua declinatione ⁊ cōstructione: vt patet in his versibus.

Degener et pauper diues sospes locuples pos.
Impos hebes compos teres inquies atq; superstes
Uber dis ales: iungas his a pede nata.

¶ Alia sunt adiectiua declinatione ⁊ substātiua significatione ⁊ cōstructione: vt partitiua/distributiua/interrogatiua/⁊ infinita partitiue posita: q̄ aliter sumpta semp adherēt substātiuis: vt de homo/de hoim: quidā cuis/quidam cuiū.

¶ Item adiectiuorū: quedā sunt qualitatiua/quedā quātitatiua.

Qualitatiuū est qđ qualitatem significat: vt bonus/malus.

Quantitatiuū est quod quantitatē sigt: vt magnus/longus.

¶ Adiectiuorū que signt quantitatem. alia significāt quātitatē continuā: vt magnus/longus.&c. alia discretā. Ex his que significant quantitatē discretā. alia significāt quantitatē discretā absolutam: vt vnus/duo/tres/vnarius/biennis.&c. Alia significant quantitatē discretā ordinalē: vt primus/scđs.&c. Alia significant quantitatem discretā distributiuā vel dispartitiuā: vt bini/terni. Alia significant quantitatē discretā ponderalem: vt simplus/duplus.&c. Alia significāt quantitatem discretā multiplicatiuā forme: vt simplex/duplex.&c.

¶ Relatiuū est qđ rem ante dictam iterū refert.

¶ Relatiuū est duplex: substantie/et accidentis.

Relatiuū substantie est quod antecedens substantiuū refert.

Sunt aūt relatiua substantie tredecim: vt patet in his versibus.

Qui que quod suus ipse sui sic alter is idem.
Ille alius reliquus simul ambo cetera vterq;

¶ Relatiuū substantie est duplex: idētitatis/⁊ diuersitatis.

Relatiuū substātie idētitatis est illud: qđ idē cū suo refert antecedēte.

Sunt aūt relatiua substātie idētitatis nouē: qui/que/quod/is/suus/ipse/sui/ille/idē/ambo/⁊ vterq;.

¶ Relatiuū substātie idētitatis est duplex. Reciprocū/⁊ nō reciprocū.

Reciprocū relatiuū est quod in se sui significationē reflectit: vt Cato defendit se.

Sunt aūt relatiua reciproca duo: sui et suus.

Non reciprocū relatiuū est quod in se sui significationē non reflectit: vt Cato defendit illum.

Sūt aūt nō reciproca relatiua septē: q/que/quod/is/ipse/ille/idē/ambo/⁊ vterq;.

Relatiuū substātie diuersitatis est illud quod diuersa a suo refert antecedente: vt doctorū: alius legit/alius scribit.

Sunt aūt relatiua substātie diuersitatis quattuor. ali⁹/alter/reliquus/ ⁊ cetera.

Relatiuū accidētis est illud qđ antecedēs adiectiuū refert: vt ego sum albus/qualis es tu. Sunt aūt relatiua accidētis decem: vt patet in his versibus.

Quot qualis quāt⁹ quotuplex quotus atq; quoteni
Et quotuplus cuius cuias his iunge quotennis

¶ Qualis est relatiuũ accidẽtis qualitatiuũ: qꝛ qualitatẽ significat: cui respõdẽt
nomina adiectiua eandem qualitatem significantia: vt iulius qualis cesar. Ad
hanc speciem reducitur cuiusmodi.
Quantus est relatiuũ quantitatiuũ: qꝛ quantitatẽ sig̃t: cui respondẽt noīa adie-
ctiua eandem quãtitatẽ sig̃ntia: vt sum longus quantus tu.
Quot est relatiuũ nũerale absolutum: qꝛ quantitatẽ discretam numeralem abso
lutã significat: cui respondẽt noīa nũeralia cardinalia: vt natus sum annos sede-
cim quot tu.
Quotus est relatiuũ ordinale: qꝛ quantitatẽ discretã ordinalẽ sig̃t: cui respondẽt
noīa ordinalia: vt primus sum in classe mea quotus tu in tua.
Quoteni est relatiuũ diuisiuũ siue dispartitiuũ: qꝛ quantitatem in pares nũeros
diuisiuam significat: cui respondent nomina diuisiua siue dispartitiua: vt imus bi
ni quoteni vos.
Quotennis est relatiuũ annale: qꝛ quantitatẽ discretam annoꝝ significat: cui res-
pondent noīa nũeralia vel ex nũeralibus et anno composita: vt sum decennis: vt
decem annorũ quotẽnis tu.
Quotuplus est relatiuũ ponderale: qꝛ quantitatẽ discretam põderis vel mensu-
re significat: cui respondẽt noīa ponderalia: vt egyptus reddit triticũ centuplum
quotuplũ non reddit italia
¶ Quotuplex est relatiuũ diuisiuũ seu multiplicatiuũ forme: qꝛ diuisionẽ seu mul-
tiplicationẽ forme sig̃t: cui respondẽt noīa multiplicitatem significãtia: vt habeo
duplicem vestem quotuplicẽ tu non habes.
Cuius est relatiuũ possessiuũ: qꝛ possessorem significat: cui respondẽt noīa vel pro-
nomina possessiua vel gtĩũs propriorũ ꝗuis substãtiuorũ: vt hic equus est patris
vel patris cuium est frenum.
Cuias est relatiuũ patriũ seu gẽtile: qꝛ gentem vel patriam sig̃t: cui respondẽt no-
mina gentis seu patrie: vt sum anglicus cuias es tu.
¶ Relatiua que incipiũt a c/vel a q/tribus modis ponũtur. Relatiue: vt ego sum
alb⁹ qualis es tu: noui cuiusmodi homo es: sum magn⁹ quãt⁹ es tu: romanus cu-
ias es tu. Interrogatiue: vt qualis es tu? quãtus es tu? quotũ annũ agis? quot nũ
mos habes? Infinite: vt nescio quãtus sis/cuias sis/aut cuia filia sit hec puella.
¶ Relatiua que incipiunt a t/tribus modis accipiunẗ. Relatiue copula median-
te: vt ego sum magn⁹ ⁊ tãtus est plato. Habeo multos discipulos ⁊ tot habet So-
crates. Redditiue: hoc est loco antecedẽtis: vt ego sum talis ⁊ tãt⁹ qualis et quã-
tus est iste. Infinite: qñ sequitur coniunctio q̄ vel vt: vt ego sum talis ⁊ tãt⁹ vt nõ
egeam opera tua. Ego cupio talis esse vt videar felix. Hoc etiã modo sumunẗ isti
usmodi/eiusmodi/illiusmodi.
¶ Reperiuntur alia relatiua geminata/vel assumẽtia sibi cũqꝫ: vt quotq̃t/q̃tcun-
qꝫ: qualisqualis/qualiscũqꝫ: quãtusquãt⁹/quãtuscũqꝫ: cuiascuias/cuiascũqꝫ. Quis
etiã geminaẗ: vt quisquis: ⁊ q̃ assu〈m〉it sibi cunqꝫ: vt quicũqꝫ: q̃ ꝓprie posita vim ha
bent ipsius relatiui simul cũ antecedẽte distributiuo: vt quisq̃s vel quicunqꝫ legit
discit. i. ois qui legit discit. Ponũtur etiã aliqñ pro ipso relatiuo tm̃: vt de⁹ oia que
cunqꝫ voluit fecit: pro que voluit. Et pro distributiuo tantũ: vt ego diligo quẽcũqꝫ
hominẽ. i. oẽm hoiem. Ponũtur etiã infinite. Virg. Quicq̃d erit superanda ois for
tuna ferendo est.
¶ Dictiones geminate eque significant ac si assumerẽt sibi cũqꝫ: vt q̃squis. i. qui-
cunqꝫ/vbiubi. i. vbicũqꝫ/vtut. i. vtcũqꝫ.
Itidem quedã aduerbia aliqñ sumũtur relatiue/interrogatiue/⁊ infinite: vt vbi/
vnde/quo/qua/quũ/qñ/quorsum/quousqꝫ: de quib⁹ exempla sũt facillima inuẽtu.
Preterea istoꝝ antecedẽtia nõnunq̃ sumũtur relatiue: vt fui apud forũ et ibi sur
sum deorsum inibi quesitus es. Sic etiam fit de reliquis.
Nomini accidũt sex. Species/genus/numerus/figura/persona et casus.
Species est qua cognoscitur primitiuũ a deriuatiuo.
Species est duplex. primitiua/⁊ deriuatiua.
Primitiua species est cũ dictio a nullo alio deriuatur: vt Roma/mons. Species
Deriuatiua est cũ dictio ab alio deriuatur: vt romanus/montanus.
Vbi notandũ est vt quotiẽs res verbi precedit rem nois nomen deriuatur a ṽbo
vt a scribo scriba: vbi aũt e diuerso fit ṽbũ descẽdit a noie: vt ab armis armo/as.

De nominibus

¶ Deriuatiuorū species sunt decem. scʒ patronymicū/possessiuū/cōparatiuū/superlatiuū/diminutiuū/v̄bale/participale/aduerbiale/paronymū/ ⁊ denoīatiuū.
¶ Patronymicū est qđ significāter a patrū deriuatur noībus ₛm grecā formam ⁊ significat cū gtō primitiui filium vel nepotē/filiā vel neptē: vt Eacides filius vel nepos eaci. Sed multa ab aliis formantur: abusiue tamen vt infra dicetur.
¶ Possessiuū est quod cū gtō principali significat aliquid ex his que possidenꝛ: vt regia domus. i. domus regis.
¶ Cōparatiuū est qđ cū intellectu positiui: vel cū aliquo participe sensus magis aduerbiū significat: vt fortior. i. magis fortis.
¶ Superlatiuū est quod ad plures sui generis cōparatū supponitur oībus vł per se prolatū intellectū habet positiui cum valde aduerbio.
Diminutiuū est qđ diminutionē sui p̄mitiui absolute demōstrat: vt rex/regulus.
¶ Uerbale est qđ a verbo deriuatur: vt ab exulo exul.
¶ Participale est quod a participio nascitur: vt a lectus/lecti: lectio.
¶ Aduerbiale est quod ab aduerbio deriuatur: vt cras/crastinus.
¶ Paronymū est quod ab alis quodam trahitur et nihil de memoratis supra significat: vt ab equus eques.
¶ Denominatiuū est qđ a primitiui voce non ab aliqua speciali significatione sic appellaꝛ. Ita oīs dictio casualis a quacūqʒ dictione deriueꝛ pōt dici denoīatiuū

Genus ¶ Genus est vel videtur esse discretio sexus.
¶ Genera noīm sunt septem. scʒ masculinū/femininū/neutrū/cōmune duorū/cōmune triū/dubium/et epycenū.
¶ Masculinū est cui preponitur articulare hic: vt hic cesar.
¶ Femininū est cui preponitur articulare hec: vt hec filia.
¶ Neutrū est cui preponitur articulare hoc: vt hoc animal.
¶ Cōe duoꝝ est cui preponūtur articularia copulata hic ⁊ hec: vt hic ⁊ hec homo
¶ Cōmune triū generū est cui preponūtur articularia copulata hic et hec et hoc: vt hic et hec et hoc felix.
¶ Dubium vel incertū genus est cui sub distinctione preponūtur articularia hic vel hec: vt hic vel hec dies.
¶ Promiscuū vel epycenū genus est quod sub vna voce ⁊ vno articulo cōprehendit animata vtriusqʒ sexus: vt hic passer/hec aquila.

Numerus ¶ Numerus est accidens dictionis quo fit discretio quantitatis.
¶ Numerus est duplex. scʒ singularis et pluralis.
¶ Singularis nūerus est quantitas qua dictio vnitatē sigꝛ: vt homo.
¶ Pluralis nūerus est quantitas qua dictio multitudinē sigꝛ: vt homines.

Figura ¶ Figura est dictionū simpliciū cōpositarum vel decōpositarum discrimen.
¶ Figura est triplex simplex/cōposita/⁊ decōposita.
¶ Simplex figura est qn̄ dictio cū alio non cōponitur: vt animus.

Cōpositio ¶ Cōposita est cū dictio a duob⁹ vel pluribus fiat: vt magnanim⁹/inexpugnabilis. ¶ Decōposita figura ē cū dictio a ꝯposita dictiōe deriueꝛ: vt magnanimitas
¶ Noīa et relique partes orationis cōponūtur quattuor modis. Primo modo ex duobus integris: vt suburbanus. Secūdo modo ex duobus corruptis: vt efficax/municeps. Tertio modo ex integro et corrupto: vt ineptus/insulsus. Quarto mō ex corrupto et integro: vt nugigerulus. Aliqn̄ ex cōplurib⁹: vt inexpugnabilis/imperterrit⁹. ¶ In cōpositis ex duob⁹ rectis ambo illi declinātur: vt hec respublica/hui⁹ reipublice. Alteruter aūt viginti vnus/viginti duo/viginti tres/ ⁊ pro opinione quorundā etiā Leopārd⁹ ₛm postremū rectū variantur: vt alteruter/tra/trū: alterutrius/alterutri. viginti vnus/a/ū. viginti vni⁹. ⁊c̄. In vsurpatione huius noīs viginti vnus si substantiuū precedat tūc debet pluraliter sumi: vt habeo denarios viginti vnū: sin postponaꝛ debet singulariter sumi: vt habeo viginti vnū denariū. Boetius in arithmetica. Si septies tres addātur in viginti vnū nūerū cadūt: nō enī dixit in viginti vnū nūeros. Itidē viginti vn⁹ caret pł̄ali nūero: nisi qn̄ iūgitur substantiuo carēti singulari.
¶ In cōpositis ex recto et obliquo rectus tm̄ modo variatur: vt hic tribun⁹ militū/huius tribuni militū.
¶ In cōpositis ex duob⁹ obliqs/ambo obliq̄ penit⁹ indeclinabiles sunt: vt hmōi
¶ Persona est accidens quod de agentis qualitate loquitur.

¶ Persona est triplex. Prima/secunda/et tertia.
Prima psona est que de se loquit: et duob⁹ pnomib⁹ accidit: ego et nos cū suis obliquis. Secūda persona est illa ad quā dirigitur sermo: et duobus pnominibus accidit: tu et vos cum suis obliquis et vocatiuis casibus.
Tertia persona est illa de qua fit sermo: et accidit oībus casualibus preter ego nos tu et vos cum suis obliquis et vocatiuis casibus.
¶ Casus est variatio noīs: vel aliarū dictionū per mutationē nouissime syllabe. Casus dī a cadēdo q quasi a recto cadere videatur. Unde rectus abusiue dicit casus q cadens a sua terminatione in alias facit obliquos casus.
¶ Casus nominū sunt sex. Nominatiuus qui et rectus dicitur/ genitiuus qui et patrius siue possessiuus/ datiu⁹ qui et acquisitiuus/ accusatiuus qui et causatiu⁹/ vocatiuus qui et salutatorius/ ablatiuus qui et sextus dicitur.
¶ Nominatiuus siue rectus est qui rem nōiat verbum vt plurimū precedens.
¶ Genitiuus siue possessiuus est qui ceterorū casuum est generator et possessionem demonstrat: necnon et per eum possessiua et patronymica resoluuntur.
¶ Datiuus est qui aliquid dari vel acquiri significat.
¶ Accusatiuus est cui aliquid causari et in causa esse ostendit.
¶ Uocatiuus est qui vocationē vel salutationē significat
¶ Ablatiuus est qui aliquid auferri demonstrat: hic quoq latinus dicitur quia lingue latine proprius est.
¶ Quamq casus ab aliis significationibus nomina sumere possunt a notiorib⁹ tamen et frequentioribus sumpserunt nomina sua (teste Prisciano)
¶ Forme casuales est sextuplex nomē. Monoptotū/ diptotū/ triptotū/ tetraptotum pentaptotum/ et hexaptotum.
¶ Monoptotū est qd vnam vocem habet per oēs casus siue singulares siue plurales siue vtriusq numeri: vt sinapi/ gummi/ cepe/ pondo/ cete/ pedum/ et litterarum nomina: et numerorū nomina a quattuor vsq ad centum.
¶ Diptotū est qd duos varios casus ī declinatiōe habet: vt fors forte/ tabi tabo
¶ Triptotum est qd tres: vt templum/ pli/ plo.
¶ Tetraptotum est qd quattuor: vt gener/ ri/ ro/ rum.
¶ Pentaptotum est qd quinq: vt dominus/ ni/ no/ num/ ne.
¶ Hexaptotum est qd sex: vt forius/ rius/ ri/ rium/ re/ ro.

Pronomē est pars orationis declinabilis que

pro nomine posita personam recipit.
Pronomen dicitur a pro et nomine: quia pro eo ponit in oratione.
¶ Quindecim sunt pnomina. Ego/ tu/ sui/ ille/ ipse/ iste/ hic et is: me⁹ tuus/ suus/ noster/ vester/ nostras/ et vestras. Ex his quattuor tantum habent vocatiuos casus: tu/ meus/ noster/ et nostras.

Deficiunt quinto casu pronomina cuncta
Tu meus et noster cum nostras excipiuntur.

¶ Pronomini accidunt sex. Species/ genus/ numerus/ figura/ persona/ et casus.
¶ Species est qua cognoscitur primitiuum a deriuatiuo.
¶ Species pronominū est duplex. Primitiua et deriuatiua.
¶ Primitiua pronomina sunt octo. Ego/ tu/ sui/ ille/ ipse/ iste/ hic/ et is.
¶ Primitiuorum species sunt tres. Demonstratiua/ relatiua/ modo demonstratiua/ modo relatiua: ego et tu sunt semper demōstratiua/ sui semper relatiuum. Alia sunt modo demonstratiua/ modo relatiua.
¶ Deriuatiua seu possessiua pnoīa sunt septē. Meus/ tuus/ suus/ noster/ vester/ tras et vras: et sunt oīa demonstratiua preter suus qd est semper relatiuum.
¶ Gña pnoīū sunt quinq. Masculinū/ femininū/ neutrū/ cōe duorū/ et cōe triū.
¶ Masculinū est qd rem masculini generis refert vel demonstrat: vt hic.
¶ Femininū est qd rem feminini generis refert vel demonstrat: vt hec.
¶ Neutrum est qd rem neutrius generis refert vel demonstrat: vt hoc.
¶ Cōe duorū est qd rē ī gñis duorū refert vel demonstrat: vt hic et hec nostras.
¶ Cōmune triū est qd rem oīs generis refert vel demonstrat/ vt ego/ tu/ sui.
¶ Pronomina demonstratiua eiusdē sunt generis cui⁹ sunt res per ea demon-

De pronominibus.

strate. ¶ Figura pnōis est duplex. Simplex: vt is. Cōposita: vt idē: licet idē tidē componatur ab is ꝛ idē. Aliqñ est aduerbiū ꝛ frequenter significat.

¶ Persona pronominū est triplex. Prima vt ego/secūda vt tu/tertia vt ille.

¶ Casus pronominū sunt sex: vt in nomine.

¶ Declinationes pronominū sunt quattuor.

¶ Prima declinatio pnōim est cuius gtūs ꝛ dtūs singulares in i desinūt (ꝫ genitiuus olim etiā in is terminabaƚ) vt ntō ego/gtō/mei (olim etiā mis) dtō mihi. Huius aūt declinationis pnōia sunt tria. Ego/tu/sui. A gtō mei deriuaƚ meus mea/meū. A gtō tui. tuus/tua/tuū. A gtō nostri/noster/nr̄a/nostrum/ꝛ nostras. A gtō vestri/vester. vestra/vestrū/ꝛ vr̄as. A genitiuo sui/suus/sua/suum.

¶ Scđa declinatio pnōim est cuꝰ gtūs singularis desinit in ius vel ius: ꝛ dtūs in i vel ic. huiꝰ declinationis sunt quinqꝫ pnōia. Ille/ipse/iste/hic/et is.

¶ Sūt quoqꝫ octo nōia que ſm hāc declinationē variāƚ. Unꝰ/totus/solꝰ/vllus/alter/alius/q̄s/ꝛ vter/ꝛ ab eis ꝯposita ꝛ vocatiuis carēt: pter/vnus/totꝰ/solus.

Pone vocatiuos cum totus solus et vnus
Sed non in reliquis quorum genitiuus in ius.

¶ Tertia declinatio pronoīm est cuius genitiuus singularis desinit in i et in e ꝛ in i: et datiuus in o ꝛ in e ꝛ in o. Huius aūt declinationis quinqꝫ sunt pnomina. Meus/tuus/suus/noster/ꝛ vester.

¶ Quarta declinatio pnominū est cuius gtūs singularis desinit in atis: ꝛ dtūs in ati. Huius aūt declinationis duo sunt pronomina: nostras ꝛ vr̄as. Et hoc modo (Perotto ꝛ pomponio testibꝰ) variātur. Nōiatiuo hic ꝛ hec nostras ꝛ hoc trate: gtō huius nostratis. ꝛc̄. quo etiā modo variātur vr̄as ꝛ cuias ꝛ ablt̄m in i solo finiūt: ꝙ antiquitus nōiatiuus singularis in is et in e exiit.

¶ Cōpositorū pnōim tres sunt modi. Primus cū nōibus: vt huiusmodi. Scđus cum pronominibꝰ: vt istic. Tertius cū aduerbiis: vt eccum et ellum.

¶ Tria nāqꝫ pronomina cōponunƚ per nominatiuos: iste/hic/ꝛ is. Iste et hic simul cōponūtur: vt istic: ꝛ declinatur in omnibus casibꝰ huiꝰ pnōis hic hec hoc in c terminantibꝰ preter datiuū singularem.

¶ Idem eadē idē cōponitur ab is ea id ꝛ hoc aduerbio demū et sequiƚ primitiuū. Sed neutrali voce rursus cōponitur in nominatiuo et accusatiuo tātum: vt idē tidem quod aliqñ aduerbium est freqūter significat.

¶ Meme/tete/sese: licet in accētu ostendunƚ esse ꝯposita non est cōpositio: sed q̄dā vocis geminatio: ꝛ acti ꝛ ablti voces sunt: sese etiā pluralis numeri esse pōt.

¶ Preterea sunt quedā syllabe pnōibus adiecte: met/te/pte/ce. Met cū oībꝰ casibꝰ huiꝰ pnōis ego tā singularibꝰ ꝙ pluralibꝰ adiūgiƚ: vt egomet/meimet. ꝛc̄. Adiungiƚ etiā oībꝰ obliq̄s tm̄ casibꝰ huius pnōis tu: vt tuimet/tibimet/temet: nō recto pp̄ter differentiā huius ꝟbi tumeo/es. Adiiciƚ met (vt vult priscianꝰ) pronomini sui: vt suimet/sibimet/semet. Hoc etiā pnomē ipse addiƚ nō solū propriis nōibus: sed etiā pnominibꝰ ad discretionez faciendā: quēadmodū p̄dicte syllabice adiectiones: vt Platoipse: vel ipseplato/egoipse/tuipse/illeipse.

¶ Te cū nōiatiuo tantū pronominis tu adiungitur: vt tute. id est tuipse.

¶ Tutemet etiam in nominatiuo solo ꝛ vocatiuo dicimus.

¶ Pte quinqꝫ ablatiuis possessiuis adiungiƚ: vt meapte/tuapte/suapte/nr̄apte/vestrapte. Legimus eñ suopte pondere apud Ciceronē in natura deoꝝ. Veteres eñ per oīa genera huiusmodi ablatiuis vsi sunt.

¶ Ce syllabā adiiciebāt antiqui oībus casibꝰ hic hec hoc: noui aūt tantūmodo his obliquis qui in s desinūt: vt genitiuo huiusce/datiuo hisce/accusatiuo hosce hasce/abltō hisce: que vox inueniƚ masculina in nōiatiuo singulari. Terentius in eunucho. Hisce arbitratur suam thaidem esse. Rursus componebāt hicce cū ne e in i verso: vt hiccine/heccine/hoccine sicut illancce/istancce: nāꝫ illicce/illiusce: isticce/istiusce: illucce/istucce/illācce/istancce: veteres dicebanƚ.

¶ Quia aliquas recipit adiectiones quas non recipit q̄: vt patet in his ꝟsibus.

En ne alius nū si deposcunt quis sibi subdi
Et qua volunt non que quotiens reperitur vtrūqꝫ

Post quis nam⁊ piam non post qui pone putas⁊
Dam vis cum⁊ libet non quis sed qui sibi subdet
Nec qua volunt sed que quotiens reperitur vtrū⁊
Omē relatiuum quodcū⁊ legis geminatum
Demptis quid vel quis finem per cū⁊ resoluis
Quid cum fixum cum prole regit genitiuum
Quod similem casum q₂ mobile vult sibi iunctum.

¶ Componitur quis cū si: vt siquis/ cū ne: vt nequis: cū alius: vt aliquis/ cū en: vt ecquis ī m c verso/ cū nū: vt nūquis/ cū quis: vt nōīatiuo quisquis: ⁊ quicqd actō quicquid: ablrō quoquo. Scitums tī declinat quisquis geminatum in omnib⁹ casibus: vt ntō quisquis/ gtō cuiuscuius/ dtō cuicui. ⁊c.
Alia vero declinant vt rex simplex: qui que quod vel quid: nisi q̄ i feminina voce in singulari ⁊ neutrali plurali dicimus: siqua nequa ecqua/ aliqua/ nūquā: ⁊ hoc tradictis non terminatur in i ⁊ alique voces plurales ita. ꝓpter malū sonū nō sunt in vsu: vt quedā/ quasdā. Adducunt etiā quis hec particule: nam: vt quisnā/ que vt quis⁊ ex quo fit vnusquis⁊ singulare tīn/ piā/ vt quispiā/ putas: vt quisputas/ ꝙ vt quis⁊. A qui etiā deducta: vt quidā/ quiuis/ quilibet/ quicū⁊ primitiui frequunt. Aliquis/ quidā/ quis⁊: et quispiā idē significāt: sed quidam significat certū: aliquis/ quis⁊: ⁊ quispiā incertum.
¶ Quisquis⁊ et vnusquis⁊ idē significāt: sed in vsu differūt: quis⁊ iungitur superlatiuo aut nomini ordinali: vnus vero et vnusquis⁊ positiuo aut cōparatiuo Nota q̄ quis⁊ caret gtō plurali loco cuius singularis gtūs sumit: vt in hoc vulgari (All the ryches mennes goodes are taken awaye) Ditissimi cuius⁊ facultates sunt ablate. Optimi cuius⁊ virtus est laudanda.
¶ Quis et quid nū⁊ ponūtur relatiue: sed vel interrogatiue: vt quis es tu/ qd agas. vel infinite: vt nescio quis sis aut quid agas.
¶ Quis vel qui aliquādo ponūtur pro qualis. Terēti⁹. Quis tibi videor. i. qualis videor. Itē pro quāto: vt quo magis. i. quāto magis. Itē pro quomodo aut propter quid. Terenti⁹. qui istud. i. quō aut cur. Itē pro vt. Terenti⁹. fidem sibi me obsecrauit qui sciret se non deserturum vt darem.
¶ Qui que qd tribus modis ponit. Primo modo relatiue: vt sum pius eneas raptos qui ex hoste penates: classe veho mecum. Secūdo modo interrogatiue: vt sed vos q̄ tandē quib⁹ aut venistis ab oris. Tertio modo infinite: vt nescio quā rem agas aut quē hominem diligas.
¶ Sui et suus semper reciproce ponuntur.
¶ Ipse/ a/ um/ duobus modis ponitur. Primo modo relatiue in tertia psona: vt ego deū colo ⁊ ipse benefacit mihi. Secūdo mō demonstratiue qn̄ pro nobis demonstratiuis ponit: vt egoipse/ tuipse/ illeipse. Inuenitur etiā sine ꝓnomine. Virgilius. ipse remitto: et sic enim per discretionē ꝓfertur. Virgilius. Ipse ratē conto subigit velis⁊ ministrat: quasi solus.
¶ Ille/ a/ ud. trib⁹ modis ponit. Primo modo relatiue: vt ego deū colo et illum cupio videre. Scdō modo demonstratiue: vt video ne illum. Tertio modo redditiue: vt ille qui legit discit. Ille etiā figurate apponit. Virgili⁹ Ille ego q̄ quōdam gracili modulatus auena. Et tu ne ille es eneas quē dardanio anchise alma venus phrigii genuit simoentis ad vndā: non tī discretionē signt: vt ipse: sed potius relationē quādam. Ille quo⁊ nonnū⁊ per dignitatē quandā at⁊ eminentiā accipitur: vt ille cato censorinus: ille magn⁹ alexander.
¶ Alius/ a/ ud/ trib⁹ modis ponit. Relatiue: vt video petrū et alios hoies (licet antecedens) id est petrus differat ab aliis hominib⁹ numero/ specie tamē cōuenit que est homo. Secūdo discretiue: vt ego sum alius a te. i. ꝙ tu. Tertio modo diuisiue: vt hominū alii boni sunt alii mali.
¶ Alter eisdem modis ponit: sed differunt: nam alius de plurib⁹/ alter vero de duobus dicit sicut vter de duobus: et quis de plurib⁹ interrogatiua sunt.

De verbis.

¶ Ad vter respondendū est nōia de duob⁹ dicta: vt vterq̄/alter/neuter/ ⁊ siīa.
¶ Ad q̄s rn̄dēdū est nōia de plurib⁹ dicta: vt oīs/null⁹/nemo/ali⁹/quisq̄. ⁊ siīa.
¶ Hec ꝓnoīa ego/tu/sui: antiquit⁹ dupliciter efferebāt gtōe: vt ntō ego, gtō mei vel mis. Ntō tu/gtō tui vel tis. Ntō caret/gtō sui vel sis. Ubi sciēdū est q̄ isti gti mei/tui/sui: primitiui semper passiue sumuntur: quare cū actiue loquimur vtimur eorū possessiuis: meus/tuus/suus: loco mis/tis/sis: que iam antiquata sunt vt potestas mea ⁊ potestas mei. cura tua/ ⁊ cura tui. copia sua ⁊ copia sui.
¶ Itidē isti gti nr̄i ⁊ vr̄i ꝑmitiui semꝑ passiue sumūt/ nr̄m vo ⁊ vr̄m actiue sicuter eorū possessiua nr̄ ⁊ vr̄: vt hz curā nr̄i ⁊ curā vr̄i: nō nr̄m ⁊ vr̄m. Rursus dicim⁹ nemo nr̄m ⁊ nemo vr̄m/ nō nr̄i ⁊ vr̄i. ¶ Hoc aūt inter hec tria vel ꝓnoīa vel aduerbia interest/ hic significat rē siue locū loquēti proximū: iste vero siue istic rē aut locū ꝓximū ei quocū loquimur/ ille vel illic locū aut rē remotam ab vtroq̄.
¶ Preterea is ⁊ hic inter se differūt: nā is spacio lōgiore accipit/ hic vo propinquiore: multis tn̄ in locis ɔfunduntur: vt qui ꝓfert virtutē diuitiis hic sane prudēs est vel is sane prudens est: itē iste pro hic ⁊ ille pro is aliquādo sumuntur.
¶ Inuentū est ꝓnomē trib⁹ de causis. Pria ꝓpt necessitudinē: qr nulla alia pars orationis supponit v̄bis prime vel scde ꝑsone preter pronomē. Scda ꝓpter demonstrationē: vt ille ipse. Tertia ꝓpter discretionē: vt suū ipsi⁹ sequit̄. ɔsiliū.

Verbū est pars orationis declinabilis cū modo tpe persona sine casu agere vel pati vel neutrū significans. Uerbū dr̄ a v̄beratu aeris: qr ꝓferendo aer verberat. Itē ei hoc accidit oīb⁹ ptib⁹ orōnis tn̄ pcipue in hac pte ꝓpriū ei⁹ accipit: qr hac frequētissime vtimur in orōne. ¶ Uerbo acciditit octo. Gen⁹/mod⁹/tps/cōiugatio/figura/species/nūer⁹ ⁊ ꝑsona. ¶ Genus v̄bi est qualitas qua cognoscitur cuius sit generis.
¶ Genera verborū precipua sunt duo. Personale ⁊ impersonale.
Personale verbū est qd numerū habet et personam.
¶ Genera v̄borū ꝑsonaliū sunt quinq̄. Actiuū/passiuū/neutrū/cōe/ deponens.
¶ Actiuū est qd in o desinēs facit ex se passiuū in or: vt amo amor: potens actiū rei rationalis vt plurimū post se regere. Facio tn̄ cū cōpositis (nisi a in i v̄tāt: vt cōficio cōficior) passiua habēt terminata in io: vt facio fio/ calefacio calefio. Excipiuntur p̄terea quedā defectiua: odi/noui/ cepi/ ⁊ memini. q̄ voce passiua carēt.
Passiuū est qd in or desinēs ab actiuo formatur: vt amor/ab Amo.
¶ Neutrū est qd in o desinēs nō potest facere passiuū in or: nec regere actm̄ post se rei rationalis. ¶ Quamq̄ suz eo fui cū cōpositis ⁊ multa defectiua nō desināt in o sunt verba neutra. licet improprie.
¶ Uerbum neutrū in o desinens est quadruplex. Transitiuū/ absolutū/ neutro passiuum: ⁊ neutrū passiuum.
¶ Neutrū transitiuū est quod in o desinēs actionē sigt: ⁊ actm̄ post se regit illius dictionis in quā transit actio verbi: vt aro terrā: prādeo piscem/ siue omniceno fercula multa. Huiusmodi quoq̄ neutra que actm̄ patiētē post se flagitāt habēt tertias passiuorū voces: vt aratur arantur/ bibitur bibuntur.
¶ Neutrū absolutū est qd actm̄ nō regit (vt sto) nisi figurate.
¶ Neutropassiuū est qd in preterito ⁊ tpib⁹ ab eo formatis vocē habet passiuā quāuis in presenti ⁊ tempori⁹ sibi coherentib⁹ neutrorū seruat declinationem Quinq̄ enim sunt: vt patet in hoc versu.

Audeo cum soleo fio cum gaudeo fido.

¶ Neutrūpassiuū est qd in o desinens passiuā habet significationē: vt caleo frigeo. Ista quinq̄ tn̄ vapulo/exulo/veneo/fio/ ⁊ nubo: tam significationē q̄ ɔstructionem passiuorū habent: vt vapulo abs te vel tibi.
¶ Commune verbū est quod in or desinens nō descendit a verbo in o desinente et tā actionē q̄ passionē significat actiuorū ⁊ passiuorū pro significatione simplicem constructionē postulāns: vt ego interpretor versum vel a me vel mihi interpretatur versus. Et sunt pauca que numerantur in his versibus.

Largior/experior/veneror/moror/osculor/hortor
Criminor/amplector/interpretor/hospitor addas.

Stipulor/aggredior/obliuiscor societur
Donatus patior inter cōmunia ponit
Multaq́ȝ preterea veteres cōmunia dicunt.

¶ Deponens est qđ in or desinēs nō descēdit a verbo in o desinēte ⁊ vel actionē vel passionē significat: ⁊ aut hanc aut illā deponit: ⁊ ideo sic appellatur.

¶ Impsonale vbū est qđ nūero ⁊ psona deficiēs ꝑ omī nūero ⁊ psona poni pōt.

¶ Impsonale vbum est duplex. Actiue vocis qđ terminat in t: vt tedet miseret Passiue qđ in tur terminatur: vt statur/curritur. Et formatur ab oīb⁹ vbis in o desinentibus si ntm̄ habuerint pro re agente a tertia persona p̄sentis addita ur vt amat amatur/seruit seruitur. Nullū quidem verbū in or impsonale format: dicimus enī amatū est/amatū fuit/amatum fuisset in vnica dictione ne putares duas vt ait Sipontinus.

¶ Modus verbi est diuersa animi inclinatio varios eius affectus ostendens.

¶ Modus verbi est sextuplex. Indicatiuus/imperatiuus/optatiuus/potētialis/coniunctiuus/⁊ infinitiuus.

¶ Indicatiuus seu interrogatiuus vel finitiuus est per quē rogatur vel ostēdit ratio vera vel falsa. Huic modo seruiūt cōiunctiones q̄q̄ȝ/etsi/tametsi: vt plurimū etiam dictiones geminate. et cūq̄ȝ assumentes.

¶ Imperatiuus est per quē iubetur vel imperatur aliquid. Huic modo insignitur ne quando pro non sumitur.

¶ Optatiuus qui et desideratiuus dicit est per quē optatur vel desiderat aliqd huic modo deseruiūt osi/o/vt/et si qñ optant: ⁊ hoc aduerbiū vtinam.

¶ Potentialis est qui in se includit significationē alicuius istoꝝ vboꝝ possum volo aut debeo cū infinitiuo modo vbi a quo descendit.

¶ Cōiūctiu⁹ q̄ ⁊ subiūctiuus dr est q̄ alterū vbū sibi assistit vel alteri nectitur. Cui quidē modo creberrime seruiunt cōiunctiones in his sequētibus vsiculis.

Anteq̄ vt postq̄ nisi cum quāuis vbi donec
An si cum dubitant quasi quin acsiq́ȝ priusq̄
Hec coniunctiuos poscunt licet adde quousq́ȝ.

¶ Infinitiuus modus qui ⁊ infinitiuus ⁊ impersonalis dr est qui numeris ⁊ personis carēs: semꝑ iungit alicui modo finito et regit ante se (sed nō semper) acīm. Non idē significat amatū ire et amaturū esse. Alterū est presentis temporis: vt video te accusatū ire me. i. nunc. alterū futurī: vt video te accusaturū esse me. et tamē accusatū iri me abs te video accipit pro eo qđ est video te: vel accusatum ire me: vel accusaturū esse me: vel me abs te accusandum esse.

¶ Tēpus est quod quando aliquid dictum vel factum esse significat.

Tēp⁹ vbi ē q̄ntuplex/p̄ns/p̄teritū īpfectū/p̄teritū pfectū/plusq̄pfectū ⁊ futurū.

¶ Tēpus p̄ns qđ etiā instās dr est qđ p̄nti tp̄e aliquid fieri sigt: vt doceo.

¶ Preteritū imperfectū est qđ cū peracto tp̄e aliquid fieri significat citra p̄teriti perfecti ⁊ plusq̄perfecti tēporis notam vt docebā.

¶ Preteritū perfectū est qđ cū aliquid perfectū esse vel desijsse sigt: vt docui.

¶ Preteritū plusq̄perfectū est qđ aliqd amplius p̄terito p̄teriisse sigt: vt docuerā

¶ Tēpus pfectū ꝑ imperfecto nōnūq̄ perpulcre vsurpat: ⁊ aliqñ plusq̄pfectū

¶ Futurū tēpus est qđ aliquid futurū significat: vt docebo.

¶ Coniugatio est cōsequens vborū declinatio.

¶ Prima cōiugatio est q̄ in infinito modo actiuo a longā añ re vel ris in scđa psona p̄ntis īdicatiui passiue vocis habet: vt amo amare: amor amaris. Exceptis do cum cōpositis q̄ hñt a correptā: vt circūdare/venūdare/pessūdare/satisdare

¶ Scđa est que in infinitiuo modo actiuo e longam añ re vel ris in secūda psona presentis indicatiui passiue vocis habet: vt doceo docere/vereor offereris.

¶ Tertia est q̄ in infinito modo actiuo e breuē ante re vel ris in scđa persona p̄sentis indicatiui passiue vocis habet: vt lego legere/amplector amplecteris.

¶ Quarta est que i lōgā ante re in infinitiuo modo actiuo vel ante ris in scđa per

sona p̄sentis indicatiui passiue vocis habet: vt audio audire: largior largiris.
¶ Verba que regulas harū coniugationū non sequuntur anomala sunt: vt sum volo/ fio/ et huiusmodi.
¶ Figure v̄borū sunt tres. Simplex: vt taceo/ cōposita: vt conticeo/ decomposita: vt conticesco.
¶ Species seu forma v̄bi est qualitas qua perfectum ab imperfecto secernim⁹.
¶ Species seu forma v̄bi est duplex perfecta et imperfecta.
¶ Perfecta forma v̄bi est que sine alterius verbi intellectu significationē suam perfecte ostendit: vt amo/ lego.
¶ Imperfecta forma v̄bi est que sine alteri⁹ verbi intellectu p̄fectā/ significationē habere nō potest. Huius species sunt sex. Frequentatiuū/ cōtinuatiuū desideratiuum diminutiuū/ imitatiuū: et cū primitiui significato motiuum.
¶ Frequētatiuū est quod in to (vt lectito/ aut in so cū s: vt v̄so/ aut in xo cum x/ vt nexo) desinit. ⁊ idē siḡt qđ primitiuū cū quadē frequentatiōe: vt lectito. i. frequenter lego. verso. i. frequēter verto. nexo. i. frequenter necto.
¶ Forma frequētatiuoꝝ est triplex. Prima. verba p̄ie cōiugationis ab vltimo supino a in breuē ⁊ u in o v̄sa formant frequētatiua: vt impero as/ imperatu. imperito as. Scđa. v̄ba que preteritū in gi termināt a scđa presentis p̄sona remota s/ ⁊ addita to formāt frequentatiua: vt ab ago/ is/ egi. agito/ as. Aliq̄n tñ ab vltimo supino u in o versa: sed ea non sunt in frequenti vsu: vt ab ago/ is. acto/ as. a q̄ agito/ as: ⁊ sic a frequētatiuis aliq̄n nascunt̄ alia frequentatiua/ vt a lecto/ as. lectito/ as. a curso/ as. cursito/ as. Tertia. cetera v̄ba ab vltimo supino u in o v̄sa formāt frequentatiua: vt a curro/ ris. curso/ sas. Sequor tamē sector facit: tueor tutor quero querito/ queso quesito i correpta. A nosco etiā venit noto ⁊ noscitor ⁊ sunt quedā recte voce formata tñ in aliā q̄̄ suoꝝ primitiuorū significationem trāsire vident̄: vt a traho/ tracto. a cogo cogito: a dico/ dicto. Itē scitor ⁊ sciscitor sunt frequentatiua voce: sed nō significatione. Omnia frequētatiua p̄ime ꝯiugationis sunt ⁊ suorū primitiuorū genus seruant: preter scitor et sciscitor q̄ deponentia sunt: licet scio sit actiuum.
¶ Continuatiuū est quod isco desinit: vt sordesco cōualesco et significat nō inchoationē sed incremētū cōtinuū: vt egresco. i. egrior fio vsurpant̄ tamen multa ex his in sco terminantib⁹ pro primitiuis: vt adheresco delitesco cōcupisco labasco p dormisco cōticesco expauesco ⁊ his similia ⁊ formant̄ a secūda p̄sona indicatiui primitiui addita co: vt a caleo/ es. calesco/ cis. preter his cū cōpositis qđ facit hisco dehisco ⁊ fatisco: et plerūq̄ a verbis neutris descendūt: aliq̄n tñ a deponēti mutata ris in sco vt a misereor/ eris. miseresco et sunt neutra oīa ⁊ tertie cōiugationis ⁊ preteriti vocē habent primitiuoꝝ: differūt tñ significato preterita cōtinuatiuorū ⁊ primitiuorū vt herba exaruit sensus est si exaruit a primitiuo descendit q̄ iam non exaret sed modo aut olim exarebat sin a cōtinuatiuo descēdit sensus est q̄ iam facta est arida.
¶ Desideratiuū est qđ in rio (vt esurio) desinit et nō meditationē sed desideriū significat vt lecturio. i. cupio legere nō meditor legere esurio. i. cupio esse nō meditor esse ⁊ formantur ab vltimo supino correpta u et addita rio vt a lectu lecturio ab esu esurio ⁊ sunt quarte coniugationis.
¶ Diminutiuū est qđ in lo vel in co desinit ⁊ diminutionē sui primitiui siḡt vt sorbeo sorbillo. i. parū sorbeo a fodio fodisco. i. parū fodio: hec quoq̄ prime cōiugationis sunt ⁊ genus primitiuorū seruant. Sed certam formā non habent nec in omnibus verbis in vsu sunt.
¶ Imitatiuū est qđ in so vl' in or terminat̄ vt patrisso sororisso philosophor poetor sed illa in so significāt imitari primitiuū morib⁹: ista aūt in or aliud vt philosophor studeo philosophiā siḡt poetor poetice vacare villicor. i. in villa ago vl' villicor presum: horū aūt forma incerta est prime tantū coniugationis sunt.
¶ Verbū motiuū in so desinit ⁊ nō siḡt desideriū sed actū corporis cū significato primitiui vt viso non desidero videre sed eo vel venio ad videndum capesso nō desidero capere sed eo ad capiendū ⁊ sunt oīa neutra ꝯiugationis tertie: hec quoq̄ certam formam nō habent nec ab oībus v̄bis in vsu sunt.
¶ Numeri verborū sunt duo singularis et pluralis.
¶ Singularis est qui supposito singulari iungitur.

De participiis.

¶ Pluralis est qui supposito plurali iungitur.
¶ Persone verborũ sunt tres. Prima que supposito prime p̱sone iungitur.
¶ Secunda quod supposito secunde persone iungitur.
¶ Tertia que supposito tertie persone iungitur.

PArticipium est pars orationis declinabilis p̱ro verbo posita genus ⁊ casus habens ad similitudinẽ nois tẽpus et significationẽ ad similitudinem verbi.

¶ Participiũ dicitur quia duarum eximiarũ partium orationis .i. nominis et verbi vim participat.
¶ Participio accidũt septẽ: genꝰ nũerus casus tẽpꝰ significatio species ⁊ figura
¶ Genera participiorũ sunt quattuor: masculinũ/femininũ/neutrũ/ ⁊ cõe triũ.
¶ Masculinũ est quod cũ substãtiuo masculini generis concordatur.
¶ Femininũ est quod cũ substãtiuo feminini generis concordatur.
¶ Neutrũ est quod cũ substantiuo neutriꝰ generis concordatur.
¶ Omne est quod cum substantiuis oim generũ concordari potest.
¶ Numeri p̱ticipiorũ sunt duo: singularis qui iungit̃ substantiuo singulari.
¶ Pluralis qui substantiuo plurali iungit̃: hec ⁊ superior regula habent locũ si participia non ponantur substantiue.
¶ Casus participiorũ sunt sex vt in nomine.
¶ Tempora participiorũ sunt tria presens preteritũ et futurum.
¶ Tẽpus presens est quod in ans vel in ens desinit vt amans docens.
¶ Preteritũ est qđ in tus sus xus vel uus desinit vt amatus visus nexꝰ mortuꝰ
¶ Futurum est duplex prius et posterius.
¶ Futurum prius est quod in rus desinit vt amaturus.
¶ Futurũ posterius est quod in dus desinit vt amandus.
¶ Participiũ presentis tp̱is format̃ a prima p̱sona singularis numeri preteriti tp̱is imp̱fecti modi indicatiui bam bar vel rez cõuersa in n ⁊ s vt amabã amãs poterã potẽs loquebar loquẽs demũtur p̱sens ⁊ absens ⁊ iens ab ibã ⁊ quiẽs a quibã cum cõpositis que formãt gerũdia in eundi do dum et gtm participiũ p̱sentis tp̱is in ẽtis p̱ter ãbio qđ facit ãbiẽdi ⁊ ãbiẽtis ⁊ supbio qđ facit supbiẽdi supbientis. ¶ Participiũ preteriti tẽporis formatur a posteriori supino addita s vt amatu amatus preter mortuus a morior.
¶ Participiũ prioris futuri formatur a posteriori supino addita rus vt amatu amaturꝰ: demũtur nasciturꝰ de nascor ignosciturꝰ ab ignosco. ⁊ futurꝰ de sum ⁊ fio qđ de formatione est prioris futuri ⁊ significatione posterioris futuri.
¶ Excipiunt̃ etiã quedã verba prime cõiugationis que faciũt supina in itũ vel ctũ cũ c q̃ mutãt i aturꝰ: vt domaturꝰ fricaturꝰ ⁊ verbale i atio vt domatio fricatio
¶ Participiũ posterioris futuri format̃ a gtõ singulari p̱ñtis participiũ tẽporis tis in dus mutata vt amãtis amandus.
¶ Ab actiuo ⁊ neutro supina habentibꝰ duo nascunt̃ participia alterũ presentis tẽporis vt legens currens. Alterũ prioris futuri vt lecturꝰ cursurus.
Ab aliis tamẽ que carẽt supinis vnicũ nascitur participiũ: presentis tẽporis: vt a timeo timens a studeo studens.
¶ A neutris aũt circũlocutione in preterito perfecto in modũ passiuorũ habẽtibus tria descẽdũt participia: presens preteritũ ⁊ priꝰ futurũ vt a gaudeo gaudens gausus gausurus a ceno cenans cenatus cenaturus.
¶ A neutris vero trãsitiuis quattuor descendunt participia vt ab aro arãs aratus araturus arandus.
¶ A passiuis quorũ actiua habẽt supina duo nascunt̃ p̱ticipia alterũ p̱teriti alterũ posterioris futuri vt ab amor amatꝰ amãdꝰ. Ab his tñ passiuis quorũ actiua supina carẽt tñ vnicũ nascit̃ p̱ticipiũ posterioris futuri vt a timeor timẽdꝰ.
¶ A cõe quattuor nascũt̃ p̱ticipia vt a largior largiẽs largitꝰ largiturꝰ largiẽdꝰ
¶ A deponẽti tria descendũt p̱ticipia vt a loquor loquẽs locutus locuturus.
¶ Oĩa verba que carent supinis carent participiis que ab eis formãtur.
¶ Significatio participiũ est qualitas qua cognoscit̃ an actiue an passiue an cõmuniter significet vox participii.
¶ Significatiões p̱ticipiorũ sunt due actiua ⁊ passiua: p̱ticipia igit̃ q̃ a verbis vim actiuã hñtibꝰ deriuãtur actionẽ significãt: q̃ vero passiuã significãt passionem.

De participiis.

¶ Dicendū tamē nōnulla ex his preteriti perfecti ⁊ plusq̄ pfecti tp̄is aliq̄ so- lā actionē significare vt fero ola a deponētib⁹ aliq̄ tā actionē q̄ passionē vt ola que a cōibus deriuant ⁊ a neutris quibusdā vt pransus ⁊ cenat⁹ ⁊ a deponētib⁹ aliquot vt auxiliatus meditatus locut⁹ medicat⁹ comitatus imitatus ⁊ plura: illa vero futuri in dus omnia passionem significant.

Verbū cōmune quāuis agat et patiatur
Sola per ans ens rus tamen actio significatur
Dus patitur tantum sed preteritum dat vtrūq̄.

¶ Participia in subiectis ꝟsibus sub voce passiua actiuā habēt significationē.

Actiuum sensum passiua voce tenent hec
Consideratus circūspectus iunge disertus
Cautus ⁊ argutus ignotus sic quoq̄ tutus
Contentus falsus tacitus profusus et inde
Scitus discretus iuratus cōplacitusq̄
Excretos exoletos defectus adultus.

hoc participiū euidēs ⁊ ea q̄ a neutris passiuā significationē habētib⁹ nascūt sub voce actiua passiuā hn̄t significationē. vt vapulās/exulās/frigēs/calēs/⁊ hmōi.
¶ Quedā sunt que cū formā participiorū habeāt q꞉ carēt tp̄e sunt noīa dicēda non autem participia.

Participi similes sunt he voces galeatus
Scutatus iungas piliatus cum tunicatus
Baccatus calligatus cum manucleatus
Estq̄ paludatus penulatus siue togatus
Pretextatus cum trabeatus iunge comatus
Addas cristatus braccatus cum soleatus
Hastatus stellatus sic lunatus itemq̄
Littera dans atus et quedam terminat itus
Turritus cum cerritus pellitus et utus
Hastutus simul hirsutus cornutus habebunt.

¶ Participia a gerūdijs differūt: gerūdia significant rei administrationē sine tēpore. Participia vero cum tempore.
Participiū trāsit i vꝫ noīs q̄nq̄ modis. Pmo mutatiōe cōstructiōis q̄n cōstruit cū alio casu q̄ eius ꝟbū vt amās ꝟtutē pticipiū est amans ꝟtutis nomen. alie- ni appetēs. sui pfusus. Scdo tp̄is amissione q̄n nullū tēp⁹ significat vt amās q̄ a more capt⁹ est. miseri sunt oēs amātes. Tertio cōpatiōe vt amās amātior amā tissimus. Quarto ꝯpositiōe vt innocēs indoct⁹ q̄n participiū cōponit cum ꝑpo- sitione qua cū ꝟbū nō cōponit. Quinto mutatione significati vt amād⁹ q̄n signt nō eū q̄ amabit sed eū q̄ est dign⁹ amari vt merito laudād⁹ est Cice. q̄ mutatio etiā i pticipio actiui futuri aliq̄n fit. Seneca de naturalib⁹ q̄stionib⁹ nullā q̄dez mētionē fecit cometarū nō ꝑtermissur⁹ si q̄d explorati apd̄ illos ꝯpisset ꝑtermis- sur⁹ dixit ꝓ eo q̄d ē talis q̄ ꝑtermitteret nec tēp⁹ signt sꝫ q̄litatē hoīs ⁊ aīmi volū tatē. ¶ Sciēdū aūt q̄d quō pticipia ꝑteriti tp̄is ꝯiūcta cū ꝟbis p̄ntis tp̄is ꝑteritū tēp⁹ signt vt lect⁹ es lect⁹ ē. Sic pticipia p̄ntis tp̄is si ꝯiūgāt ꝟbis ꝑteriti aut fu turi tēporis preteritū ⁊ futurū tempus signt vt amans feci: aduertens audiam.

De aduerbiis.

Aduerbium est pars orationis indeclinabilis que adiecta verbis participiis gerundiis vel supinis significationem eorum explanat.

Aduerbium dicitur quia stat ad verbum hoc est iuxta verbum.

¶ Aduerbio accidunt quattuor species figura significatio comparatio.

¶ Species aduerbiorum sunt due primitiua vt nuper. deriuatiua vt nuperrime. Deriuatiuorum species sunt [illegible] denominatiua pronominatiua comparatiua superlatiua diminutiua verbalia simul et nominalia participalia aduerbialia et prepositionalia.

Denominatiua aduerbia sunt que a nominibus nascuntur: hec autem aut a propriis nominibus nascuntur vt a tullio tulliane. aut ab appellatiuis vt a duro duriter. aut a vocabulis vt ab hostio hostiatim.

¶ Nomen autem est omnium appellatio multorum vocabulum vero rerum est.

Pronominatiua aduerbia sunt que a pronominibus nascuntur vt ab ille et hic illic: ab iste et hic istic.

Comparatiua et superlatiua aduerbia sunt que veniunt ab appellatiuis a quibus nomina comparantur: vt docte doctius doctissime. [illegible] aduerbia nequeunt comparari supplentur comparatiuo et superlatiuo [illegible] magis et maxime iuncto positiuo vt magis pie maxime pie [illegible] minus et minime vt minus pie et sic de similibus.

Diminutiua aduerbia sunt que a positiuo deriuantur vt a tarde [illegible] tardiuscule.

Verbalia aduerbia sunt que a verbis nascuntur vt a curro cursim rapio raptim.

Verbalia simul et nominalia sunt que a nomine simul et a verbo nascuntur vt a pede et tendo pedetentim.

Participalia aduerbia sunt que a participiis siue participialibus veniunt vt a decens decenter.

Aduerbialia aduerbia sunt que ab aduerbiis nascuntur vt a clam clanculum sepe sepius.

Prepositionalia aduerbia sunt que a prepositionibus veniunt vt ab extra extrinsecus ab ob vt iter obiter significans statim et [illegible].

Que efferunt

¶ Nomina secunde declinationis formant aduerbia a datiuo casu o in e mutato: vt a doctus docto docte. Sed contra hanc regulam multa sepius [illegible] auctoritas quedam enim in datiuo casu formant aduerbia in o vt falso sedulo. quedam in er et in e vt a duro duriter vel dure.

¶ Nomina adiectiua tertie declinationis formant aduerbia a datiuo casu addita ter vt a mollis molli molliter audax audaci audaciter vel audacter. Hinc in excipiuntur facilis quod format facile pro faciliter. difficilis difficulter pro difficiliter. participia et participialia similiter mittentia datiuum singularem in i. [illegible] i in er formant aduerbia vt sapiens sapienti sapienter prudens prudenti prudenter. omnis omnino pro omniter. insuper ter a tribus: quater a quattuor: aliter ab alius: a sublimis sublime sublimiter. aliter autem tantisper parumper paulisper et id genus alia composita sunt.

¶ Hec aduerbia que sequuntur tam in er quam in e efferuntur.

Humane dure ferme large atque benigne
Prosperiter pure vel abunde siue seuere
Atque probe ignaue vel auare siue proterue
Festiueque noue sic asperiter vel amice.

¶ Propria nomina secunde declinationis formant aduerbia a casu ablatiuo o mutata in a et addita ne vt a tullio tulliane.

Quedam appellatiua prime declinationis formant aduerbia a casu ablatiuo assumpta tim vt a regula regulatim. caterua cateruatim.

Appellatiua secunde declinationis ab ablatiuo huiusmodi aduerbia formant o mutata in a et addita tim: vt ab hostio hostiatim: a viro tamen fit viritim a furto furtim a stricto strictim a singulis singulatim vel sigillatim a primus prima primum primatim ab anno annuatim.

Appellatiua tertie declinationis formant huiusmodi aduerbia ab ablatiuo e mutata in a

et tim assumpto vt agrege gregatim ab agmine agminatim a capite capitatim.
¶ [illegible] aduerbia ab ablto p muta-
ta in im: vt a statu statim: singul tu singulatim: a raptu raptim.
¶ Quedam noia prime declinationis formãt aduerbia ab ablto casu [illegible] mutata
in i et ter addita vt a medulla medulliter.
¶ Quedam secunde declinationis in ablto mutant o in i et tus addita: vt a celo
celitus: a fundo funditus.
¶ Quedam tertie declinationis in ablatiuo mutant e in i casus assumpto vt a ra
dice radicitus [illegible].
Significatio aduerbij e qualitas q significatu vnu aduerbiu ab alio discernit
¶ Significationes aduerbiorũ sunt multe aut em loci aut tẽporis aut numeri.
&c. vt infra patebit.
¶ Aduerbia loci sunt hic illic istic hac quo qua vbi [illegible] intro et foras vbi [illegible]
¶ Aduerbia localia aut in loco significant aut de loco aut per locũ aut ad locũ
aut versus locum aut [illegible] ad locum.
¶ Aduerbia significantia in loco sunt ista hic illic istic [illegible] foris ibi ibidẽ alibi ali
cubi [illegible] superius inferius et hñt suum
questiuũ vbi. Ad hãc significationẽ referri possunt noia propria vrbium vel pago
rũ significantia in loco aduerbialiter [illegible] posita vt [illegible] et cartagini.
¶ Aduerbia significãtia de loco sunt [illegible] alicũde sicũde ne
cunde alicũde superne inferne vndiq3 vtrimq3. hec hñt suũ questiuũ vñ. Ad
hanc significationẽ referri possunt noia propria vrbiũ vel pagorũ significãtia de
loco aduerbialiter in ablto posita vt venio roma.
¶ Aduerbia significãtia per locũ sunt ista hac illac istac alia aliqua [illegible]
nequa [illegible] vtraq3 [illegible]. hec hñt pprium questiuũ qua. Ad hanc
significationẽ referri possunt noia ppria vrbiũ vel pagorũ significãtia per locum
aduerbialiter [illegible] roma [illegible] acto cũ per po
sitis. vt venio per roma. ¶ Aduerbia significãtia ad locũ sunt ista huc illuc istuc
intro foras vsq3 nusq3 eo [illegible] neq3 alio aliquo vtroq3 quouis quocunq3.
hec hñt suũ questiuũ quo. Ad hãc significationẽ referri possunt noia ppria vr-
biũ vel pagorũ significãtia ad locũ aduerbialiter i acto posita vt vado [illegible].
¶ Aduerbia significãtia versus locũ sunt ista horsum istorsum illorsum dextror-
sum sinistrorsum deorsum [illegible] aliorsum nequorsum [illegible] versus
sursum vel sursum versus vtroq3 versus quoq3 versus: et habẽt suũ questiuũ quorsũ
nominacõ ppria et appellatiua significãtia versus locum ppositionibus in acto ponũ
tur postposita versus vt vado romã versus locũ versus marcũ versus.
¶ Aduerbia significãtia vsq3 ad locũ vel vsq3 ad tẽpus sunt ista: hactenus hucusq3
illucusq3 [illegible] quousq3 et huiusmodi. hec hñt suũ questiuũ quousq3
q3: noia ppria vrbiũ vel pagorũ significãtia vsq3 ad locũ pronominibus in acto ponũ-
tur cũ vsq3 vt vado vsq3 romam.
¶ Sũt qdã aduerbia localia q nõ ad vnã solã sed ad varias significatiões refer
ri põt vt peregre põe supra īfra sup extra vltra citra vt pegre trãsiio: pegre venio
¶ Que sunt aduerbia tẽporis: hodie nũc nup heri cras aliqñ olim tũc cũ dum
iam semp mane modo vesperi tantisper aliquãtisper interdum.
¶ Que numeri: semel bis ter quater [illegible] decies vicies millies.
¶ Que ordinis inde deinde deinceps deniq3 demũ postea preterea primũ pri-
mo secũdo vicissim quod et separãdi est.
¶ Que negãdi haud neq3 non minime ne vsq3 nequaq3.
¶ Que affirmãdi etiã quidni profecto [illegible] certe scilicet.
¶ Que optandi vtinam oss vt o et si pro vtinam.
¶ Que concedendi licet esto.
¶ Que adulandi sodes amabo.
¶ Que iurandi pol e castor me herde medius fidius.
¶ Que demonstrandi en ecce eccum eccam.
¶ Que interrogãdi cur quare quãobrẽ qd qui vtrũ num non nunquid.
¶ Que dubitandi forsan forsitan fortassis fortasse.
¶ Que prohibendi ne.
¶ Que euentus forte fortuitu.

¶ Que similitudinis quasi ceu tanq̄ ut velut veluti sic sicut sicuti put pinde ac si

¶ Que vocandi heus eho dum.

¶ Que respondendi heu.

¶ Que congregandi simul una pariter communiter.

¶ Que elegendi potius immo.

¶ Que hortandi eya age agite.

¶ Que separandi seorsum vicatim utrinq̄ sigillatim semote paulatim sensim

¶ Que q̄litatis bene pulchre oīno care viliter misere morose pperaȝ expedite.

¶ Que quantitatis multū plus minus parum satis nimiū nimis valde.

¶ Que cōparādi tam ⁊ q̄ magis maxime.

¶ Gradus cōparationis sunt tres positiuus cōparatiuus ⁊ superlatiuus.

¶ Que sunt adverbia positiui gradus docte pulchre fortiter.

¶ Que cōparatiui doctius pulchrius fortius.

¶ Que superlatiui doctissime pulcherrime fortissime.

¶ Multa ex predictis adverbijs q̄ varia significāt sub varijs specieb⁹ adverbij locari possunt ut hic potest et tpis esse adverbiū ⁊ loci ⁊ sic de multis alijs.

¶ Figure adverbiorū sunt tres simplex ut diu huc: cōposita ut interdiu adhuc: decōposita que a cōpositis derivātur ut a benignus benigniter: a misericordia misericorditer ab indocto indocte ab efficace efficaciter.

Intro foras verbis que signant ad loca motum
Coniungi poscunt: alijs iungas foris intus

¶ Intus ⁊ foris intro ⁊ foras hoc intersunt: intro ⁊ foras iungunt̄ v̄bis aut participijs significantib⁹ motū ad locū: intus vero ⁊ foris iungūtur v̄bis aut participijs significantib⁹ permanentiā aut motū in loco.

¶ Adverbia loci possunt poni pro adverbijs temporis sed non econuerso.

Dictio vocali finita vel s sibi subdit
Sepe ne pro nunquid e vel s sed demere debes.

¶ Ne dictioni in vocali finienti aut s littera termināti solet adiungi ⁊ tūc nūqd significat ⁊ e vel s apocopatur ut mihin. i. mihi ne: dixin. i. dixi ne: viden. i. video ne: censen id est censes ne. idq̄ apud Terentiū in usu frequenti est.

¶ Non ⁊ nū idē significāt sed hoc intersunt q̄n vero fit interrogatio p nō id verū existimo quod querit̄. Virgilius. Non ego te vidi damonis pessime caprum: excipere. quando vero fit interrogatio per nū supponim⁹ id falsum esse q̄d q̄rit̄.

Affirmat non pro nunquid querendo: negat nū
Non ego te vidi: nū mea dicta negem:

¶ Indies ⁊ quotidie hoc intersunt indies semper verbis incrementū significantibus ⁊ cōparatiuis iungitur: quotidie vero istis ⁊ alijs.

Quotidie iungi que vis sibi verba reposcunt
Inq̄ dies medius gradus: incrementaq̄ signans.

¶ Preterea insuper significat et p̄ter eū eā id eos eas vel ea.

¶ Obviā est adverbiū ⁊ semper iūgitur v̄bis motum ad locū significantib⁹: ut venio tibi obviā. i. obvio tibi que similis multis alijs modis dici potest ut obvio tibi: obvi⁹ sum tibi obviū me tibi fero: obviā fortuna me tibi obtulit: occurro tibi.

¶ Scilicet ⁊ videlicet vident̄ significare id quod certe sed fere per quādā amaritudinē vel derisum. Interdū etiam sine ea. interdū post relatiuū quomodo q̄dez poni solet nonnūq̄ et ante vel sine relatiuo vix tn̄ apud doctos reperies vulgo usitatissimum modum.

¶ Protinus continuo ⁊ statim significant subito vel cito significant etiā nō ideo q̄n iunguntur negationi ut non cōtinuo si furti aliquis accusetur dampnare eū iudex debet. i. non ideo.

¶ Necesse ⁊ necessario hoc intersunt: necessario q̄libet sibi v̄bū adiūgere pōt: necesse vero tm̄ v̄bū substātiuū ut necessario oēs morimur: necesse est oēs mori

¶ Paulominus vna dictio .i. fere. vnde psalmista. Paulominus consumauerunt me in terra. Paulo minus due dictiones anglice (a lytell lesse) Iacobus. Minuisti eum paulo minus ab angelis. quatinus in scriptum pro vt ponitur / cum e quam vel inquantum significat

¶ Dum tria significat tantummodo donec et quamdiu: et quoque quasi syllabica adiectio est: vt adesdum ehodum agedum. Sed dum pro quamdiu indicatiuo pro donec coniunctiuo seruit. ¶ Minus aduerbium comparatiui gradus cum positi nomine iunctum facit significatum contrarium. Terentius. Hoc nemo fuit minus ineptus .i. prudentior. minus etiam pro non ponitur quando iungitur cum sin: vt sin minus .i. si non et cum quo: vt quo minus .i. vt non.

¶ Quoad significat quousque quamdiu quando et quantum.

¶ Usquequo penultima correpta significat vndique quamdiu donec simul et aliquando.

¶ Simul significat pariter et postquam.

Istec non solum non tantum non modo poscunt
Sed vel verum etiam iungi vel sed quoque post se
Quod minus est ponique prius: maiusque subire
Ut res non tantum. sed pro te animam quoque fundam
Maius vult preesse nedum minus et sibi subdi
Ut vitam pro te nedum res fundere possum
Cumque negans iunctum his structura reciproca fiet

¶ Nedum pro non solum ponitur sed nedum numquam vsurpatur nisi cum de duobus loquimur quorum alterum maius alterum minus est et minori semper in posteriori parte preponitur non solum in priori parte ponitur: vt non solum vulnerauerit patrem sed etiam interfecit: dicendum per nedum patrem interfecit nedum vulnerauit. Et quando negatiuum cum his iungitur reciproca fiet constructio et tunc maius precedet non solum. etc. et minus sequetur vt non solum non te amo. sed ne diligo quidem. hic scientiam non sibi comparat nedum virtutem non colit.

¶ Quamprimum significat celeriter et postulat vnum verbum: cumprimum vbiprimum et vtprimum anglice (as soone as) duo verba postulant.

¶ Modo sumitur pro aliquando pro solummodo et pro iamnunc.

Coniunctio est pars orationis indeclinabilis dictiones vel sententias annectens.

¶ Coniunctio dicitur a coniungendo quia vel dictiones vel sententias simul coniungit.

¶ Coniunctioni accidunt tria Potestas figura et ordo.

Potestas coniunctionis est qualitas que eius significationem officiumque in oratione ostendit.

¶ Potestas coniunctionis in decem et octo partes diuisa est vt infra patebit.

¶ Copulatiua est que sensus et verba coniungit vt disertus et sapiens fuit Cicero.

¶ Copulatiue coniunctiones sunt iste et que atque at ac ast quoque.

Disiunctiua est que quamuis dictiones coniungat sensum tamen disiungit alterum affirmando alterum vero negans: vt tu es doctus vel indoctus.

¶ Disiunctiue coniunctiones sunt iste aut ve vel ne nec an neque seu siue. hec autem in tres partes diuiditur in subdisiunctiuam / dubitatiuam / et interrogatiuam.

¶ Subdisiunctiua est que licet vocem habeat disiunctiuam vtrumque tamen esse significat. vel simul: vt alexander siue paris / vel discrete: vt tota die legit vel scribit.

¶ Dubitatiua est que cum nota disiunctionis dubitationem significat: vt aut prodest aut non.

¶ Interrogatiua est que cum nota disiunctionis dubitationem cum interrogatione significat. Uirgilius. Eloquar an sileam.

¶ Interrogatiue coniunctiones sunt iste an ne necne anne nonne.

¶ Expletiua que et completiua dicitur est que ornatus causa vel metri nulla significationis necessitate ponitur: vt enimuero hane.

¶ Expletiue vel completiue coniunctiones sunt iste quidem equidem vero autem quoque scilicet numtum profecto. et alie in duas partes diuiditur in approbatiuam et distributiuam.

De coniunctionibus.

¶ Approbatiua est que rem approbat vel affirmat: vt equidem vterni.

¶ Distributiua est que diuersis diuersa distribuit: vt ego lego/tu vero dormis.

¶ Electiua est que ex diuersis ppositis aliqd eligi ostendit: vt diues volo esse magis q̄ pauper.

¶ Electiue cōiunctiones sunt iste: q̄/ac/ & atq̄ quando sumūtur pro q̄.

¶ Aduersatiua est que aduersum cōuenienti sigt: vt q̄uis neges peccatū cōstat.
Aduersatiue coiunctiones sunt iste: sed/tamen/q̄q̄/q̄uis/etsi/tametsi/ etiāsi/at/ verū & ceterū qn̄ pro sed ponitur.

¶ Abnegatiua vl' exceptiua est que rem aliqua causa impeditā fieri nō posse ostēdit: vt nisi adesses nihil comederem.
Abnegatiue vel exceptiue cōiūctiones sunt iste: ni/nisi/qn̄/alioquin preterq̄.

¶ Diminutiua est que diminutionē sigt: vt si non potes legere saltē scribe.
Diminutiue coniunctiones sunt iste: saltem/ne/nec/at/aut/et vel pro saltē.

¶ Causalis est que causam vel ordinē rei precedētis ad sequentem sigt.
Causales coniūctiones sunt iste: q̄/quapropter/qn̄/q̄ppe/enī/etenī/nā/nāq̄/qn̄quidē/siquidē: quatenus/vt/q̄/ne/neu/neue/si/quū/& qn̄ sumpta pro q̄.

¶ Hec aūt in quattuor partes diuiditur in continuatiuā/subcontinuatiuā/adiunctiuam/et effectiuam.

¶ Continuatiua que et condicionalis dicitur est que continuationē cū dubitatione (iuncta indicatiuo) ostendit: vt si stertit dormit.

¶ Subcontinuatiua est que causam continuationis nō cū dubitatione rerū essentiam ostendit: vt q̄ ambulat mouetur.

¶ Adiunctiua est que sic esse vel non esse dubitās subiūctiuis adiūgitur: vt si veneris multa commoda feres.

¶ Effectiua est que ex causa precedētē sigt effectū: vt dom⁹ fortis est: nā ex ligno et lapide fidele cōstat. Hec tamē pōt reduci ad subcontinuatiuā.

¶ Collatiua rationalis vel illatiua est que ex premisso sermone rationē ostēdit: vt in es homo/ergo mortalis.
Collatiue rationales vel illatiue cōiunctiones sunt iste: ergo/ideo/ igitur / itaq̄/ proin/proinde/quocirca/propterea/idcirco.
Eadē coniūctio p varia sua significatione mō illius modo alteri⁹ est potestatis

¶ Figure ꝯiunctionū sunt due. Simplex: vt at/sed/et. ꝯposita: vt atq̄/sedenī/enīuero. ¶ Ordo coniūctionū est qualitas demōstrans que preponi/que ve subiungi coniunctio debeat.

¶ Ordo coniunctionis est triplex. Prepositiuus/subiunctiuus: et communis.

¶ Prepositiuus ordo est in quo cōiunctiones p̄cedūt ea que coniungunt.
Cōiunctiones ordinis prepositiui sunt iste: at/ac/ast/ sed/atq̄/aut/vel/ne/neq̄/ceterū/eniuero/verū/si/quin/quatinus/sin/seu/siue/ni/nisi/et nam.
Subiūctiuus ordo est in quo postponūtur ꝯiūctiones istis que coniungūt.
Coniūctiones ordinis subiūctiui sunt iste: q̄/ve/ne/aūt/quidē/quoq̄ / verū et enī.

¶ Communis ordo est in quo nūc preponitur nūc postponitur cōiūctio.
Coniunctiones ordinis cōis sunt relique oēs.

¶ Et ponitur q̄nq̄ modis. Primo modo copulatiue: vt homo et aial. Scdo ornatus causa ponitur: vt et prudēs et fortis fuit cesar. Tertio disiūctiue: vt legere et nō intelligere est negligere. Quarto successiue: vt bibit et comedit. Itē Jesus sedebat super pullū et sup asinā .i. aliqn̄ sup pullū/& aliqn̄ sup asinā. Quinto expositiue pro .i. Ouidi⁹. Hāc deus et litem melior natura diremit .i. melior natura. ¶ Item anml: Karlā multisq̄ modis q̄ p .i. ponitur: & est figura Epexegesis qn̄ dictio vl' oro sequēs exponit precedentē: vnde Ebrardus. Est epexegesis exponēs dicta priora

¶ Coniūctio copulatiua tribus modis nō copulat. Primo modo qn̄ dictiones copulā claudētes eandē cōstruendi rationē non habēt: vt hic liber est me⁹ et fratris mei. Cicero erat eloquens et magni ingenij. Scdo qn̄ sequitur dictionē varios casus exigentē: vt tu es dignus laudis et premio. Tertio qn̄ mediat inter duo noia locorū diuersi generi aut declinationis: vt Cicero floruit Rome et athenis.

Ordinis et mediji: semperq̄ est postpositiui
Encletice voces q̄ pro et/ne p an/veq̄ pro vel.

Scribi et proferri cum vocibus immediate
Preiunctis debent simul vltima syllaba vocis
Que preit iis acui debent ipseqz grauari

¶ Et et qz hoc intersunt penes ordinē. Nam et interponitur: qz vero postponitur cū sit vox encletica et facit syllabā precedentē acui et seipsam grauari.

¶ Coniūctiones encletice sunt tres: qz pro et/ne pro an/ve pro vel: et proferūtur immediate cū dictionibus p̄cedētibus tanq̄ syllabice adiectiones: vt tuqz/tune/tuve.

Ac simul atqz notat quā: post secus ac aliorsum
Post aliter: mediosqz gradus generis quoqz neutri

¶ Ac et atqz quando ponūtur post aliter aliorsum vel secus: accipiuntur pro q̄ vt aliter est ac dicis. Virgilius. haud secus ac iussi faciūt: et sepe post comparatiuos grados neutrius generis.

Vic vel pro q̄uis etiam saltem quoqz siue

¶ Vel sumitur pro etiam/pro saltem/pro siue/et q̄uis.

Ne signat valde/vel certe/non/simul vt non
Cum signat nunquid/vox est encletica semper

¶ Ne ponitur pro certe. Terentius. Ne iste haud mecū sentit. Pro non quando iungitur imperatiuo modo: vt ne pete firmatas pacis dissoluere leges. Pro vt non: vel q̄ non: vt oro ne facias. Aliqñ interrogatiue ponit̄ pro an: et tunc semper postponitur encletice: vt tune ille es eneas. et est imperatiuus huius verbi neo/es. Ponit̄ etiā pro valde. Terentius. Faciūt ne intelligēdo: vt nihil intelligāt: hoc est valde et curiose intelligendo.

¶ Ne dubitatiue siue interrogatiue ponitur cū nec precedēte: vt sic faciam nec ne ignoro. Pro an non: sed an superuacue tūc additur: sic ignoro an faciam nec ne.

Nec neqz quū gemine verbum plurale reposcūt.

¶ Nec et neqz cū duobus suppositis singularibus geminate verbū exigunt plurale. Terētius in adelphis. Hec si neqz ego neqz tu fecimus nō sinit egestas facere nos.

¶ An interrogatiue frequēter ponitur: aliqñ tñ dubitatiue: vt dubito an viuat an mortuus sit.

Quā signat quantum gradui iunctum positiuo
Atqz superlato valde/ni quando sequātur
Hec possum valeo queo tunc quantū quia signat

¶ Quā iūctū positiuo quantū sigt. Quādo aūt iūgitur superlatiuis idē est quod valde: nisi sequatur aliqđ istorū verborū possum/valeo/aut/queo: qz tūc q̄ significat quantū: vt q̄ breuissime potero sententiam rescribam.

Quin etiam signat/qui non/cur non/simul et non.

¶ Quin trifariam accipitur. Primo pro quinetiā siue atqz etiā idqz fere cū indicatiuo. Scdo pro vt non vel qui non seu quominus: et id cū subiūctiuo. Tertio pro cur non: id aūt interrogatiue et cum indicatiuo.

Si pro vtinam sumas pro nō sic pro qz quāuis.
Finito seruit si certum quando notabit
Incertum signans coniunctiuum sibi poscit.
Si prius exposcit: sin posteriusqz locari.

Si sumit̄ pro nō/pro qz/pro q̄uis/et pro vtinā. Si qñ ponit̄ dubitatiue coniūctiuo seruit: qñ vero nō indicatiuo. Si et sin hoc intersunt. Si priori orationi iungitur/sin autē posteriori.

¶ Si quidem .i. si certe: siquidem .i. quia.

Etsi cum tametsi q̄q̄ q̄uis licet vsu
Distant / illa modo primo tria iunge priora
Principio et libri sententie epistoli ve.
Post posita interdum a nihilo pendere reperta.
Postponi semper duo posteriora reposcunt
Et coniūctiuum raroq̄ modum sibi primum.

¶ Quāq̄ / etsi / tametsi: prime clausule semp iungi postulāt: et vt plurimū indicatiuo seruiūt: licet et q̄uis primas refugiūt clausulas: indicatiuoq̄ rarissime seruiūt

Disiunctiua secat sensus: iungit quoq̄ voces

¶ Coniunctiones disiūctiue voces iungūt: sententias vero disiūgūt. ¶ Porro sigt vero / aūt: et interdū longe / valde / certe / postea / et vltra / et tunc aduerbia scit.

Seu pro vel petit s / pro sicut scribito per c.

¶ Seu s / scriptū vel sigt: ceu c scriptū sicut et aduerbiū similitudinis est.
¶ Neu et neue significāt vt non. Virg. Neu populū antiquā sub religione tueri.
Ouidius. Neue operis famam possit delere vetustas.
¶ Ceterū et verū nola coniunctionaliter posita sunt pro sed: vterū nomē pro coniūctione interrogatiua etiam ponitur.
¶ Ita aduerbiū affirmandi est: et aduerbiū similitudinis: et ꝯiūctio rationalis.

Quippe relatiuo: qui pulchre iungitur et quum

¶ Quippe elegāter iūgitur huic relatiuo qui / que / qđ: et huic aduerbio quum: vt quippe qui: quippe quum.

Ni nisi preterq̄ similes connectere casus
Assoleant: preter quartum semper sibi poscit.

¶ Ni / nisi / preterq̄ / et preter hoc intersunt: ni / nisi / et preterq̄ copulāt casus: preter vero actm̄ postulat.

P Repositio est pars orationis indeclinabilis que alijs partibus orationis in appositione vel in cōpositione ferme preponitur.

¶ Prepositio đr a preponēdo: q2 ceteris partib⁹ orationis suū est preponi: preter tenus / q̄nnq̄ in appositione nec in cōpositione preposita inuenitur: qđ tn̄ fieri cōtra prepositionis naturam Gellius attestatur.
¶ Prepositioni accidūt tria: scʒ. Casus / figura / et ordo.
¶ Casus prepositionis sunt tres gt̄s. actūs / et ablatiuus. non eni q̄ prepositiōes casum regunt: sed (Sulpitio teste) casui deseruiunt.
¶ Prepositiones deseruientes gtō casui sunt iste. Pridie / postridie / et tenus.
¶ Prepositiones deseruientes accusatiuo casui sunt iste: ad / apud / ante / aduersuʒ aduersus / cis / citra / circū / circa / contra erga / extra / infra / inter / intra / iuxta / ob / pone / per / ꝑpe / ꝑpter / scđm / post / trans / vltra / supra / preter / circiter / vsq̄ / versus / secus / penes / pridie / et postridie.
¶ Prepositiones ablatiuo deseruientes sunt iste: a / ab / abs / cū / corā / clā / de / e / ex / pro / pre / palam / sine / absq̄ / tenus.
¶ Prepositiones q̄ nūc actō / nūc ablatō deseruiunt sunt iste: in / sub / super / et subter.
¶ In / sub / super / et / subter: q̄n iūgūtur vbis aut participijs significantibus motū ad locū accusatiuis: q̄n vero alijs ablatiuis iungūtur.
¶ Super cū cōtignatione plerūq̄ vult actm̄: aliter ablm̄.
¶ Prepositionū alie sunt semp separabiles / alie semp inseparabiles / alie ꝑo cōēs.

De prepositionibus.

Prepositiones semp separabiles sunt iste: apud/penes/tenus/absq/ sine cum quibusdam aliis. Prepositiones semper inseparabiles sunt iste: am/di/dis/re/se/con. Relique nunc separabiles/nunc inseparabiles inueniuntur.

¶ Figura prepositionis est duplex. Simplex: vt abs. Composita: vt absq.

¶ Ordo prepositionis est qualitas que demonstrans preponi que ve supponi prepositio debeat.

¶ Ordo prepositionis est triplex. Prepositiuus/subiunctiuus/ et communis.

Prepositiuus ordo est in quo prepositio suo casuali preponitur.

Subiunctiuus ordo est in quo prepositio suo casuali postponitur.

¶ Communis ordo est in quo prepositio nunc preponitur/nunc postponitur.

Ordinis subiunctiui sunt iste: versus/vsq/tenus. Cum ordinis est communis. Cetere vero (nisi contra acciderit aliqua licentia poetica) sunt ordinis prepositiui.

¶ Cum postponitur ablatiuis istorum pronominum: me/te/se/nobis/ et vobis: et ablatiuo huius relatiui qui/que/quod.

¶ Quam vim habet prepositio in compositione: aut complet/vt preclarus: aut mutat/vt parum/imparum: aut minuit significatum/vt tristis/subtristis: aliquando tamen posita prepositio ne in compositione compositum pro simplici ponitur.

¶ Si due prepositiones casuali precedant posterior casum reget: vt veni de vltra mare/de post fetantes accepit eum.

Postpositum sexto iungas tenus et genitiuo — **Perott⁹.**
Qui rerum est geminum sic singlariq carenti

¶ Tenus cum ablatiuo construitur: vt in illo Virgiliano. Summo tenus attigit ore. Et cum genitiuo plurali qui est rerum geminarum. Virg. Et crurum tenus a mente palearea pendent. Uel nominum carentium singulari numero: vt athenarum tenus. Quidam tamen dicunt illum genitiuum poni loco ablatiui more grecorum qui carent ablatiuo.

¶ Tenus significat vsq ad: vt collo tenus. i. vsq ad collum/aurium tenus. i. vsq ad aures.

¶ Uere prepositiones et aduerbia hoc intersunt. Uere prepositiones sunt ille que casibus seruiunt: et sine illis in appositione. i. extra compositionem congrue poni non possunt: vt ad de. ¶ Aduerbia casualia sunt que etiam casibus more prepositionum seruiunt et sine casibus posita aduerbia sunt: vt Pone subit coniunx: coram data copia fandi.

Ad signat iuxta contra pro preter apudq
Circiter et propter post valde et comparat vsq.

¶ Ad sumitur pro iuxta: vt habitat ad flumina. i. iuxta flumina. Pro aduersum/vt ad in aduersor. Pro contra: vt ad hostes pugnat. i. contra hostes. Pro circiter: vt ad tria millia. i. circiter tria millia. Pro propter: vt ad quid venisti. i. propter quid. Pro post: vt ad temp⁹. i. post tempus. Pro valde: vt ad in admiror. Et pro in comparatione: vt nihil est ad fratrem. i. in comparatione fratris.

Signat apud iunctum personis cum inq aliquando
In signat iunctum cum nominibusq locorum.

¶ Apud aliquando sumitur pro in/et pro cum. Pro in quando iungitur nominibus locorum vt apud forum. i. in foro. Pro cum quando personis iungitur: vt apud magistrum. i. cum magistro. Et nonnunquam iunctum cum personis significat in: vt apud Terentium. i. in Terentio.

Ante locum tempus personam significanti
Pre iungas: sed persone tantummodo coram
Pre signat propter necnon quandoq preesse
Omnibus adde palam/iungas genus id reliquisq
Aduerbi in morem: pone interdum sine casu.

¶ Ante/corã/pre/et palã hoc interſunt: ante preponitur nõibus ſignãtibus locũ/tempus aut perſonã: corã vero tm̃ perſonis: pre aliqñ notat cauſam: vt pre dolore .i. propter dolorẽ: aliqñ preeminentiã: vt pre ceteris/pre aliis: palã vero ſigno vniuerſali preponitur: vt palã oĩbus: et aliqñ profertur ſine aliquo caſuali: vt dic palam.

Cis fluuii aut montis proprius dato: citra aliiſq;
Interdum ponas ornate pro ſine citra

¶ Cis et citra hoc interſunt: cis ſemper iungitur nõibus propriis fluuiorũ aut montium: citra vero aliis.

Nominibus iungas aut tẽporis aut nũerorũ
Circiter/aſt aliis circũ circa de quibuſuis

¶ Circiter/circum/et circa hoc interſunt: circiter iungitur nominib⁹ nũerorũ aut temporis: circũ et circa vero aliis.

M perdit circum vocalis quando ſequatur
Conſona quum ſequitur circũ tunc m retinebit
M mutatur in n quotiens ſequitur t d q c.

¶ Circũ qñ cõponitur cũ dictione incipiente a vocali m abiicitur: vt circueo/circuamict⁹/circuitũ/circuoluatus: ſi vero cũ dictione incipiente a cõſonãte cõponatur m manet integrũ: niſi c d q vel t ſequatur tunc m mutatur in n.

Aduerſum aduerſus contra erga in diuidit vſus.
Erga ſume bonã in partẽ/contraq; malam. ſed
Aduerſum aduerſus ſimul in ſumas in vtramq;

¶ Aduerſum/aduerſus/cõtra/erga et in idem ſignãt: vſu tamẽ ſic differũt. Erga eſt ſemper in bonã partẽ ſumitur. Cõtra in malã partẽ. Aduerſus/aduerſũ/et in: tam in bonam partem q̃ in malam ſumi poſſunt.

¶ Extra ponitur aliqñ pro preter. Terentius in phormione. Neq; cognat⁹ extra vnam ancillulam quiſq; aderat extra .i. preter.

Ob ſignat propter quũ ſumitur appoſitiue
Sed ſignat cõtra vel circũ in cõpoſitura
Et veteres legimus pro ad poſuiſſe: vt obire.

¶ Ob in appoſitione ſignat propter. Virg. Cum ob auſpiciũ infauſtũ moreſq; ſiniſtros. in cõpoſitione vero cõtra vel circũ ſignat: vt obambulo/occurro.

Per ſignat valde quotiens cum nomine iunctũ eſt
Signat cum verbo iunctũ vel participante
Ad finem ſiue in toto producere quicq;
Appoſitũ propter ſignat ſic per mediumq;

¶ Per in cõpoſitione iunctũ cũ nõib⁹ ſignat idem qđ valde: cum verbis aut participiis finire ſignificat: et interdũ pro propter ſumitur: vt apud Terentiũ. Neq; per etatem tamẽ potuerat: et aliqñ ſumitur priuatiue: vt perfidus.

Nunc poſt nũc iuxta nũc pro notat inq; ſecundum

¶ Scđm multa ſignat. Primo ſignat poſt: vt ſm platonẽ loq̃r/ſm pythagorã diſputo. aliqñ ſignat iuxta. Virg. Dulcib⁹ ille quidẽ illecebris et plena ſecũdũ flammã: accepit vuln⁹ ſm aurẽ .i. iuxta aurẽ. ſumitur et aliqñ pro per: vt ſm teſtẽ do. ſm me iudica .i. per me te: ſm pro in etiã ponitur. Cicero ſm quietẽ viſus eſt repente .i. in quiete.

Trans in cōpositis perdit nihil: his nisi demptis
Trans traiicio trabea et traducere trado

¶ Trans in cōpositione manet integrū: ōnibus dictionibus exceptis trans/as: traiicio: trado/is: traduco/cis: excipe trabea. i. vestis regalis de trans et beo/as/

Preter compositum verbo iuxta notat/atqz
Casibus appositū signat nisi vel sine contra

¶ Preter cōpositū signat iuxta: vt preterfluit: preter nisi & sine: & quoqz cōtra significat Terentius. Nā preter [illegible] morem atqz legem & sui voluntatē patris: tamē hanc habere studeat cum summo probo.

Pro signat propter/valde/in/iuxta/atqz secundū

¶ Pro sumitur pro in: vt sedens pro tribunali. i. in tribunali: pro propter: vt pro precibus: pro iuxta vel [illegible] pro viribus: pro valde/vt in promereor.

Preqz notat propter pre comparat et notat ante

¶ Pre aliqñ sumitur pro valde: anglice (out taken) vt predives (out take ryche) et interdū pro ante: vt pre ceteris amant. i. ante alios: aliqñ vero in cōparatione. Terentius. Hic illum pre me contempsit. i. in cōparatione ad me: interdū pro ob vel propter: vt nō possum dormire pre dolore dentium. i. ob vel propter dolorem dentium.

Nominibus proprijs iunctū postponitur vsqz
Appellatiuis iunctū preponitur vsqz

¶ Usqz iunctū nominibus appellatiuis preponitur casualibus: vt vsqz ad monasterium: vsqz autē iunctū nominibus ciuitatum vel villarū semꝑ postponitur casuali: vt Londonias vsqz (vp to london) couentriam vsqz.

Appositum notat insuper contra vsqz ad et inter.
Pro erga compositū nō valde intra ad quoqz cōtra

¶ In sumitur pro valde: vt apud Terentium: incurvus. i. valde curuus: pro nō aut priuatiue: vt insulsus. i. nō [illegible] [illegible]. i. nō prudēs. pro inter: vt mediis [illegible] in [illegible] ardet. i. inter [illegible]. pro contra: vt in hostes. i. contra hostes. pro ad/ vt in os dicam. i. ad os: pro [illegible] vt in [illegible]. i. pro monumēto. & aliqñ significat ad locū in loco ad personam & in persona.

Sub notat ante supra prope in necnō per ad infra
Compositumqz super/nunc aufert/diminuit nunc.

¶ Sub sumitur pro supra: vt ter flumina subiecta [illegible]: pro infra: vt subiecit cau dam: pro prope: vt deinde sub ipso ecce volat: pro in: vt sub ingenti templo: pro ante: vt sub luce: pro per/ vt sub [illegible] cura recursat: & aliqñ signat ad locū: vt potesqz sub ipsos: aliqñ in loco/vt sub luce maligna: & in cōpositione modo localem vim retinet/vt subdico: modo diminutiuā: vt subtideo.

Ista super signat de valde desuper atqz
Insuper atqz super superest pro signat & vltra.

¶ Super sumitur pro de: vt multa super priamo rogitans: pro pro: vt nil super imperio moueor: pro insuper/vt ecce super meste magna diomedis ab vrbe. pro desuper: vt super vallo prospectant troes: pro superest: vt neqz cui fuga super vlla pericli: et pro vltra: vt super garamantes et indos [illegible] superqz.

Ex ab e simul a de sensu non variantur
Sed varie iungantur enim tunc dicimus ab cum

Dictio que sequitur quando incipit l r s aut i
Abs tunc dicatur t q si quando sequatur
Prepones aliis ex e q3 sonantibus a de.

¶ Am signat circū: vt amplector. i. circūplector.
¶ Di significationē habet separatiuam: & iūgitur dictionib9 a cōsonantibus incipientibus preter c/p/s/t/vel i/consonantem.
Dis significationē habet separatiuā: vt dispono/discedo: & iūgitur dictionib9 a c/p/s/t/vel i/cōsonāte incipientib9: vt discedo/dispono/dissentio/distraho/distinguo f vero sequēte mutatur in eam: vt differo.
¶ Re significat retro a quo per apocopen videtur factū: vt respicio.
¶ Se significationē habet separatiuā: vt seduco/& abnegatiuā: vt secur9. i. sine cura. ¶ Con signat simul: vt compono/cōparo.

INteriectio est pars orationis indeclinabilis interiecta aliis partibus orationis ad exprimēdos animi affectus.
¶ Interiectio dicitur ab interiacēdo: quia aliis orationis partibus est interiecta.
¶ Interiectioni accidit vnum: potestas vel significatio.
Potestas vel significatio interiectionis est qualitas que mētis passionē ostendit.
¶ Potestates seu significationes interiectionū sunt varie: alie sunt gaudētis que animi leticiā signt: vt euax/haha/he. Alie dolētis: que luctū vel dolorē significāt: vt heu/eheu. Alie timētis: que pauorem vel timiditatē significāt: vt at at. Alie admirantis: que animi admirationē significant: vt pape. Alie deridentis: que derisum significant: vt hui. Alie indignantis. id est irascentis: que animi indignationē seu iram significant: vt vah. Alie exclamātis: que affectū animi ad exclamationem significāt: vt oh/eho. Alie execrantis que execrationem signt: vt vah malum multo malo.
¶ Quia eadē vox interiectionis varios affectus significare pōt: ideo variis speciebus interiectionis inuenit: vt ah gaudētis/dolētis/et timētis interiectio esse pōt
¶ Multe partes orationis interiectiue poni solent. nomē per se: vt malū infandū nomē cū prepositione: vt proh nepos/proh pudor. pronomē cū adiectiuo: vt me miserū. aliqn integra oratio: nō solū latina/sed etiā vernacula: vt proh deū atq3 hoīz fidem. A Jhesu mercy/a good lorde. &c.

¶ Expliciunt Roberti whittintoni octo orationis partes fideliter: Londini per Wynandum de worde/ eo in vico quē vulgi (fletestrete) dicūt impresse: Solis sub interlignio. incarnati verbi Anno M. CCCCC. xix. Octauo Idus Aprilis.


W C
de
wynkyn
worde